



Sigillum Henrici II. Imperatoris Litteris memorabilis
illus cum Benedicto VIII. Summo Pontifice, facti Con-
cambii de praedio Antifina in Boioaria ad Oenun
in Comitatu Arnolfi Comitis, ac de praedio Termia
in Ducatu Spoletano in Comitatu Narnensi
an. **MXVIII** impressum.

Notitiae,
**ORIGINES DOMVS
BOICAE**

Seculis X , et XI illustrantes ,
ex coaeuis Libri Traditionum membranis

CANONIAE SVIGAE

S. Petri Monasteriensis
proxime Ciuitatem Vogaburgam , nostro aeno
MONACHORVM MONASTERIVM

nuncupatae ,
et ex Codice diplomatico

Parthenonis Bergensis ,

a Willetrude , Pertholdi I Boioariae Ducis
vidua , ad Niuenburgum danubianum an. 976 fun-
dati , quas una suo cum

C O M M E N T A R I O

**Maximilianeae Scientiarum Academiae
Monacensi**

dedicauit


ANTONIUS NAGEL ,

Mosaburgensis , Rorae trans Ilinam Parochus , et
Decanatus Hohenwartenis Camerarius ,

Anno MDCCCLIII.

MONACHII , 1804.

Sumptibus Academiae Scientiarum boie



PRAEFATIO.

*Ratio Commentatoris edendi duos hosce Se-
culi X et XI Codices.*

Jam pridem Scientiarum Academiae, et Boica Maximilianeae, et Palatina Rhenana, omnem lapidem mouerunt, propositisque praemiis, boicarum antiquitatum peritissimos quosque, nostrates exterosque viros inuitarunt, ut indagarent, illustrarentque origines, propaginesque illius auis atavisque potentis, ac patriis olim, Teutonum more, domi forisque Carminibus decantati Babonis, Boioariae Principis, ac Patris XXX filiorum, tot prouinciarum in Germania Praesidum, summaeque Nobilitatis Progenitorum, qui, teste Conrado I, Iuuauiensium Archiepiscopo, eiusdem Babonis ex filio Nepote, (a) Imperatoris Henrici bene-

a 2

ficio

a) Auum habuit Babonem nomine, de cuius Lumbis exierunt XXX filii, et VIII Filiae, omnes ex Liberis Matribus progeniti. Haec ex ore Nepotis Babonis Comi-

ficio ex angusto ea aetate Comitum Schierenium Lare fortuito produsti, atque ad debitum generis sui Splendorem restituti, non Boioariae solum ac Carinthiae, sed et Orientalis et Rhenanae Franciae Principatum gubernacula seculo XI occuparant. (b)

Pars Litteratorum, operam ad eam inquisitionem conferentium, Coaeuorum ignara testimoniorum, obsoletam hanc de Babonis Babonidisque Historiolam anilibus temere fabulis adnumerabat: Pars vero in verba recentium Scriptorum, praesertim Hagiographorum Babenbergensium, Henrico II Imperatori, Episcopatus Babenbergensis an. 1007 autori, ex numerosa Babonis Comitis abensbergensis sobole, nescio, quam gloriolam aucupantium, inconsulte iurans, a vero transactae Babonis Babonidumque

vi-

tis refert aequalis illorum temporum et familiaris conradi I AEpi ex Comitibus Abenbergenibus in Orientali Francia progeniti, atque ia Imperatoris Henrici IV aula educati, Biographus ap. Bernh Pez in Thes. Anecd. Tom. II P. III p. 221, et Necrol. Weltenburg. in M. B. Vol. XIII p. 477. Auentinus L. VII Annall. Boic. p. 653.

(b) Unde plerosque Nobilium Nariscorum, Vindelicorum, Noricorum, Charionum, Botorum, Francorum Rhenenum genus trahere, autores sunt: Auentin. Annall. Boic. L. V p. 514 ev fastis Weltenburgensium et Juuauiensium etc., et p. 515 ad an. 1029 et L. VI p. 612.

vitae Curriculo p^{rae}postera temporum subputatione multopere aberrabat.

Manifestam hanc temporum Confusio-
nem in Conspectu Castellorum Abensber-
genium Comitum, quorum in Vicinitate
ego adolescens Auentini Annalibus Boicis
intentus, conplures per annos morabar, se-
dulo mecum reputanti, relatisque certiora
investiganti, (e) Sors mihi coaeuum eidem
Baboni Comiti, an. 1037 Parchenonis Gei-
senfeldensis aduocato, obiecit Librum de
instaurata sub finem seculi X a Comitibus
Schirensibus, Vogaburgensibus, atque a Do-
minis Abensbergensibus et Sigenburgensi-
bus Diuī Petri Monasteriensis Canonia, haut
procul a Castellis Voheburga ad Ilmae ostia,
Abensberga, Sigenburga, Razenhouen, Rot-
tenecke, Geisenfelda, atque ab Abensa am-
ne, qui nomen a se Comitum Abensber-
genium Dominio, domicilioque indidit,
distante. Eandem Canoniam, Annalibus
Boicis ignotam, abrogatis initio Seculi XII

Ca-

c) Series Aduocatorum Monast. Altahae inferioris. M. B.
Vol. XI p. 19. 20. Vol. XIII p. 478. 480, in Monast.
Weltenburg, in Geisenfeld Vol. XIV p. 186. Num. XIII
et Num. XV ad an. 1037 et ibid. p. 274.

Canonicis, restitutisque opera Ottonis I Babenbergensis Episcopi, (d) ex D. Benedicti familia Monachis, Monachorum Monasterium, vernacule Münchsmünster, succedens aetas, nuncupauit.

Ecce Tibi, Scientiarum Academia Boica, ab Arnolfi I, an. 911 Boioariae Ducis, Maioribus conditae, eiusque a progenie, deletis per Ottonem I Regem auxiliaribus Pertholdi, Arnolfi II Comitis Palatini Schirensis filii, an. 955 IV Nonas Augusti in Lyci campo, locoque, qui a Romanis Concio Legionis, a vulgo autem Gunzenlen dictus est, Vngarorum copiis, (*) paulatim ex rui-

nis

(d) Episcopi Babenbergeses impetrata ab Imp. Henrico II eiusdem Canoniae S. Petri Monasteriensis feoda ad nostra usque tempora, quibus per pacem Lunaeuillensem Episcopatus Babenbergensis (olim Comitatus Boioariae) ad Banariae Ducatum rediit, per Praepositum Pferingae tum Ingolstadii constitutum, administrabant; ini quis itaque potius, quam benignus erat Henricus II Imp. multiplici Comitis Babonis Abensbergensis familiae eo, quod terram auitam, ab Ottonibus Imp. alienatam, eidem non restituit. Eodem modo pleraque Boioariae Monasteria Episcopatu suo Babenbergensti tradidit. Catholicas dedit Ecclesias numero quasi milie.

(*) Pertholpus, filius Arnolfi de Castello Riesespurch vocato (Reisenburg in pago Burgowe proxime Günzburgum in Alemannia) venit ad Regem Vngarorum. — Legend. S. Vdalrici Episcopi Augustani, Heroldus quoque Salisburgensis AEpus, Arnolfi I Ducis ex patre uero Alberico comite filius, Vngarorum auxilia eodem tempore implorans a Duce Henrico I Boioariae an. 955 ocu-

nis restitutae, seculoque XI a Babonidis in clientelam receptae, ac vetustate propemodum obliteratae Canoniae in agro Vogaburgensium, Schirensium et Abensbergen-sium Principum priscos Codicillos et Fastos, Conradi Schirensis Commentariis de rebus, ab Haziga, Ottonis II, Comitis Schirensis, Archiaduocatique Ecclesiae frisingensis, vi-dua, eiusque filiis Ekehardo, Bernhardo et Ottone III tam in interiore cella sub an. 1077, et in Vischbachaue, quam ad Vsenhouen in pago Ouskouue iuxta amnem Glanam, castrumque Glanecke vna cum Per-tholdo comite de Burgecke (nunc Burgheim

ad-

lis priuatus est. Idem tentauit Conradus Dux Lotha-ringiae gener Ottonis I Regis exautoratus, et proscriptus. Auentinus L. V. Annall. p. 498, et Annalista Saxon. ad an. 954 refert ipsum Ottonis I Regis querelas in Conventu Principum prolatas, quibus Luidolsum filium postillimum arguit Criminis, quo Vngaros in perniciem imperii sui et familiae ex Pannonia evocarat, qui tamen ad partes Imperatoris rediens, hac in pugna an. 955 occisus est. Rationibus itaque suis haut destituta est quorundam opinio: Arnolfi aut primi aut secundi Ducis coniugem ex Pannonia fuisse oriundam, Schiraeque baptizatam, Pannoniae enim in finibus Luitpoldus fuerat Marchio Windorum in Gurkfelda ad fluvium Savum an. 895 et 898; ad Vngaros etiam Arnulfus I Dux vna cum Coniuge suisque prolibus sese recepit, declinans Regis Conradi I exacerbatam potentiam, qui Alemanniæ Principes Erchangerum, et Pertholdum fratrem eius, Ducatum occupantes, capitali afficere Supplicio non dubitauit. Quid quod ipse Imperator Henricus Sanctus Gisel-lam, sororem suam, an. 1001 cum Stephano, Hungariae Rege, matrimonio copulauit.

ad Danubium supra urbem Neoburgam) ante Monasterii Schirensis primordia gestis, integro fere Seculo priores. (**). Ecce Tibi aequaeuos interpretes Codicum Altahensis-um, Weltenburgensem, Geisenfeldensem, Ebersbergensem, Emmeramensem, Frisingensem, Tegernseensem, Rotensem, Seonensem, Benedicto — et Michælburanorum, atque inprimis Tabularum Parthenonis Bergensis, a Willetruda, Pertholdi I, Boioariae Ducis, vidua, an. 976 fundatae, itidem a me forte repertarum, praesentissima rerum Schirensium Scriptoribus auxilia, oculatissimis in antiquitatibus viris, Auentino, Buato, Oefelio, Lorio, ipsisque Hermanno

(**) Willingae interiorem sub alpibus Hazigae Cellam ann. 1077 Pietati, Manibusque Ottonis II Schirensis Comitis facravit Ellenhardus Epus Polensis, frater germanus Si- gehardi, Patriarchæ Aquileiensis, ambo filii . . . Materterae Hazigae Schirensis; quæ cognatio fecit, vi filius Hazigae, Comes Ekehardus Schirensis vna cum Rapotone aliisque propinquis restaurando Monasterio Michælburano an. 1072, annoque 1077 fundationi Ha- zigae Schirensis vicissim operam darent. Magni momen- ti sunt fundationis Litteræ Michælburanae; Comitis enim Vdalrici Diuitis de Passoune patruelisque eius Rapoto- nis Comitis Palatini, an. 1099 Chelchemii vita functi, Genealogiam et Originem ex domo Schirensi continere mihi videntur, nec non de Ottonis II Schirensis Comitis anno obitus sub an. 1072 certiores nos reddunt. Fortasse etiam inde Origines Arnoldi I Comitis de Wels et Lambach comites Voheburgenses sibi vindicare pos- sent; sed longe aliis rationibus, quam quas affert Brus- schius in Hundii Metrop. Salisb. in Berengero Epo Pas- sauensi.

manno Scholliner, Io. Mederer, Romanoque Zirngibl ignota. Quibus Notitiis deenmanas Annalium nostrorum tenebras, quibus vetetis Boioariae Imago, memoria praefer-
tim Schirensium Principum, imperantibus seculo X tribus Ottonibus, tribusque Sec.
XI Henricis inuoluta est, ex ipsis Imperato-
rum praeceptis, Babonidumque, eiusdem Canoniæ S. Petri Aduocatorum, Condonationibus, testimoniiis, focis et aris, sepul-
crisque illustrari posse, existimo. (e)

Praeterea Comitum Palatinorum Schi-
rensium, Seonenium, Voheburgensium, ac
Rot-

e) Observations meas diplomaticas ad Auentini Notmam direxi, sua in Praefatione Libri VII Annall. Boic. p. 651, nos pro sincera sua fide hisce verbis monentis: „Postoris suum Laborem reliqui. Proinde si quis plura addere velit, per me quidem licebit, modo mea vestigia fecutus, publicam instrumentorum autoritatem fabulis Chronicariorum praeferat. Evidem mihi non tan-
tum sumo, vt in Historia satis fecisse me putem vel breuitate vel luce vel suauitate vel Splendore etiam subli-
mitate narrandi: Plura adhuc diplomata ciues, Mon-
achi, equites, patresque retinent, quae ego euoluere fu-
perfedi. Si quispiam, nostra vestigia infecutus, vniuersa
monumenta, tabulas, atque instrumenta ciuium, nobili-
um, Aulae, Sacerdotum, Monachorum curiosius per-
scrutatus fuerit, et reliquas Boiorum regiones Naricos,
Noricos, Juauenenses, Austriacos, Tirolios, Charionas,
sicuti ego Vindelicorum, portionemque Noricorum, Oe-
no continuam, perlustrauerit adcuratius, non dubitamus,
quin et ipse operae precium salturus sit, et Reipublicae
rem valem, Principibus obsequium gratissimum praestitu-
rurus.”

Rotensium Vicissitudini sub iisdem Imperatoribus Lucem subministrat Codex noster S. Petri Monasteriensis, qui non modo Annalium Monasterii Petrihusani Seculo XI Scriptoris, sed etiam Auentini, Laziique fidem confirmat; quorum primus (f) Chunonem, Comitem Palatinum, filium Popponis, Popponisque nepotem, Principum regia in aula clarissimorum, ex Comitum Voheburgenium familia prognatum refert, cuius filius Chuno junior contra intrusum Regem Hermannum a partibus Regis Henrici IV an. 1081 III Idus Augusti ad Hohenstein iuxta Danubium acerius in acie dimicans, cecidit. Aventinus autem eidem Chunoni, Chunonis iunioris Patri, comiti Palatino, Monasterii Rotensis ad Oenum in Arnolfi Comitis Comitatu fundationem ex Litteris Rotensis, suo tempore nondum corruptis, ad an. 1081 adsignat. (g) Eundem Chunonem, Comitem Palatinum, Monasterii Rotae auctorem producunt tabulae Canoniae S. Petri

Mon-

f) Annall. Monasterii Petrihusani ad Lacum Bodamicum Tom. I P. II §§ 31. 36 ab Uffermanno typis San. Blasianis an. 1790 edit. Confer Auentini Annall. Boic. L. V p. 552 edit. Ingolst.

g) Aventin's B. Chronik Frankf. Ausl. vom J. 1622 V. Buch 709 Bl.

Monasteriensis, simulque produnt Chunonis iunioris viduae Elisabethae Lotharingiae alteras nuptias cum Rapotone Comite, in agro Cheleheimensi rerum potente, quem a Chunonis Comitis Palatini Senioris obitu sub an. 1086 famosissimum illum Palatinum Comitem successisse, et Patruelem Vdalrici Diuitis, Comitis de Passouue, Vtae mariti, fuisse contendit. Rationes meas exhibebit Tabula genealogica.

Wolfgangus denique Lazius Origines Dominorum de Risnesburg, (*) Gundelfingen, Lauingen, Fainingen, et Marchiones de Giengen ad amnem Brenzam in Alemania, vbi Dietpoldus, Marchio de Giengen an. 1078, ac uterque Comes Rapoto, Summi Principes, quorum alter an. 1080 Regis Henrici IV Bellidux, alter Comes Palatinus an. 1092 rerum potentes extitere, ex Comitum Voheburgensium, Schirensium ac Che-

le-

(*) Risnesburg in pago Burggoue; pagus Burggoue et Ducatus Curiensis iam ex Caroli M. Imp. testamento an. 806 veteri Boiuariae vna cum Villis Ingoldestat, et Luttrahoue addicti fuerant. Welferus in Huadii Metr. Salisb. p. 345 edit. Monacens. Lori ad an 806. Nec tempore Arnolfi, filii eius Ludouici Imp. Suevia in ducatum erat redacta, sed fisco regio peculiariter pa-
rebat.

Ieheimensium sanguine , atque a Pertholdo,
Arnolfi II, Comitis Palatini filio , quidquod
a Luitpoldo ac Ernesto , summis Boioariae
Principibus , non absque ratione teste et ta-
bula ortos deducit; (*) dotarunt enim Mar-
chiones Voheburgenses paulo post eodem
in agro alemanico praediis fundatum a se
Coenobium Reichenbacense propter Regi-
nam fluuium. (h)

Spes supereft, fore, vt ope Monumen-
torum Alemanniae, Rhaetiae Curiensis ac
Franciae orientalis et Rhenanae, aliarumque
nos hactenus latentium tabularum, pree-
sertim in Welforum Principatu Altorf, Ra-
uensburg et Weingarten, illius etiam Eber-
hardi Palatini Comitis, ex Monasterii Mel-
licensis Chronico ad an. 939 noti, atque
Eberhardo, fratri Regis Conradi I Coaeui,
(i) et Bernonis, Comitis Palatini, in Regis

Ot-

b) EKKehardus in Libro de casibus Monast. S. Galli.
d) Hieron. Pez Tom. I rer. austr. p. 218: Heinricus, fra-
ter Ottonis, ab Eberhardo, comite Palatino, compre-
hensus est. Confer Lambertum Aschafnaburg. ad an.
937; continuatorem Rezinonis ad an. 938; Chronicum
Germaniae: Eberhardus, frater Hermanni Palatinus in-
cipit rursus seditionem aduerlus Imperatorem (Ottonem
I); Lotharingiae Ducem (Gisalbertum Imperatoris So-
rorium) seditionis socium accipit, cuius opera usus est
apud Henricum Saxoniae Ducem, fratrem Ottonis; sem-
per enim similitates erant inter fratres; nam Heinricus
persuasus erat, sibi omne ius deberi Imperii, qui natus

Ottonis I privilegio, curiensi Episcopo Constantiae an. 972 dato, obuii, (k) incertas origines eruamus.

Quis Monumentorum boicorum sedulus Scrutator Pertholdum comitem de Altenburg et Babenberg, Ottonis Regis confobrinum, ac Monasterii Tegginensis in inferioris Rhaetiae pago proxime Horburg, Oetingen, Nordlingen et Wemdingen prope pagum Sualaueldam sub an. 958 autorem, (l) quis ad-

-
- erat patre (Henrico I Aucepe) iam Imperatore appellato, cum Otto M. natus sit illi, antequam Regnum adeptus sit. Si ergo tres conjuncti ad ripam Rheni alteram quaedam capiunt, et exultant eum Victores. Episcopus Moguntinus suadet Imperatori, ut castellum Brisacum ad Rheni ripam, in Germania situm, expugnet, quod erat tum Comitum Palatinorum, eratque sub potestate Eberhardi "Conferas, velim, quae de Comite Palatino Chuanone in opusculo hoc meo ad an. 1081 Cap. VI § II producam, et Chronicum Joannis Steindelii ap. Oefel. T. I pag. 46. Arnoldi Duci filium nuncupat.
- k) Bernonem, Bernoldum, Wernherum, Werinharium, Wezilonem, Berenhartum, et Bennonem sine discrimine eandem hoc aeuo significare personam varios apud populos exemplis, in diplomatis ac Chronicis obuis, monstrare possem. Eandem variationem synonymam sibit nomen Pertholdi, pro quo tam Perichterus, Per-nolus, Pertoifus, Perachtoldus, Peraltoldus, quam diminutiae Poppo, Pappo, Pabo, et Pano scriptum legitur, unde præsca Nomenclatura Puopinhona, Po-pinal, Poapincella, Papertingen, nunc Pfaffenhouen &c. Werinherus Aëpus Magdeburgensis modo Werinharins, modo Wecilio audit.
- l) Monumenta Monasterii Deckingen ad Wernizam fluvium, quod an. 1007 erat in Comitatu Sigeharti Comitis, hanc dubie illius Sigehardi filius, cuius patrem Aventinus patruum Comitis Babonis Abensbergensis in Tabulam ge-

aduocatum Werinharium an. 980 in donatione geisenhusana ab Henrico Episcopo augustano, filio, Adelhaidis, Arnolfi II Comitis Palatini Sororis, et conjugis Burgharti comitis de Geisenhausen res gestas, pernoctare non laboret? dum etiam Episcopi, more Maiorum, suos suis in Condonationibus cognatos et agnatos primos adhibere testes et aduocatos solebant. (m)

Enumerant insuper, quos edimus, Codices vna cum Ciuitate Vogaburga, comitibusque Voheburgenibus, antea ignotis, quam plurimas Voheburgenium, Schierenfium, Cheleheimensium et Abensbergensium Comitum Villas, arces, et Ministeriales ad Danubium, Ilinam, Abensam, Wolmutesaham, Glanam, Param, Scamahain, Almonam, ad Labaras, Nabam, quae antiquioris Geographiae ac Genealogiae notitiam in pagis Chelesgouue, Westermannom archa, Sualauelda, Solzgouue, ac Noregouue

nealogicam XIX ad an. 995 retulit; unde Comites de Burgecke seu Burgheim, Horburg, Schawenburg, Langesgemunde, et Kregelingen vicissim haeredes, et ad Rhenum etiam potentes descendant.

m) De Comitatu Geisenhusano in pago Feldun seu Veldaro Marcho iuxta Landishuram collectas a me Tabulas tam ex Meichelbeckio, quam ex Archivo cathedralis Capituli Augustani in Appendix producam.

ue, in primis in Officio Hertrichesbrucke ad Pegnizam fluum in Nortgonia maxime impeditam ita adiuuant, ut de Principatu Marchionis Orientalis Franciae Luitpoldi, qui post Adalberti, Babenberensis Comitis, funestam ambitionem, ac turpem necem (n) a propinquo suo, Rege Ludouico Infante comitatum simul Babenbergensem administrandum obtinuisse, suosque ad filios Arnulfum, (*) ac Pertholdum, et denique ad Babonidas transtulisse, mihi videtur, aequae- uas proferre tabulas possimus.

Viderint itaque illi, qui Henrici II Imperatoris in Babonidas, Marchionis Luitpoldi propagines, benevolentiam, Liberalitatemque absque teste et tabula adeo magnifice praedicant, quomodo opinioni suae verisimilitudinem coaevis ex documentis eruant.

Ta-

- n) Injuriam ab Adelberto nostro etiam Luitpoldo inflata fuisse, innuit ad an. 900 Hermannus Contraftus his verbis: Pugna inter Conradum, et Adelbertum committitur, in qua Conradus occiditur; dein Adelbertus perfidia Hattonis AEpi, et cuiusdam Luitpoldi deceptus, iuhente Ludouico decollatur. Confer Diploma Ludouici IV Regis dat. XVI Kal. Martii an. 903. Actum Forahheim curte regia Neue B. 111. 2bb. II Band 62 Bl. 149.
 *) Luitprandus L. II Cap. 7: Arnoldus Dux cum uxore et Liberis ex Vngaria rediens, honorifice a Boariis, et Orientalibus Francis recipitur, neque solum suscipitur, sed, ut Rex fiat, ab eis vehementer exposcitur, ad 111. 919.

Tantum enim abest, vt ego festiuum illud, atque omni tum Boioariae ac Germaniae iucundissimum summae regiae humanitatis, et Clementiae in neglectos XXX Babonis filios Spectaculum ab Henrico II Imperatore datum fuisse, concedam, vt potius Imperatori Henrico III, Regis Conradi II filio, praeclarum hoc animi magnitudinis Specimen sub an. 1040 nostro cum Arenbeckio adscribendum putem; sub hoc enim Imperatore, eiusque filio Henrico IV Babonis progenies ex obliuione sese emerit; (**) Hartwicus nempe Comes de Bogen suis cum filiis Friderico aduocato Episcopatus Ratisponensis, et Aescuino; Eberhardus I de Razenhouen vna cum fratre Altmano I de Sigenburg; Wolframus I Comes de Abinberg, pater Conradi I AEpi Salzburgensis, et Wolrami II et Ottonis, Ecclesiae Babenbergenis aduocati; Hermannus, Comes de Hauenesberg, Monasterii Banzensis in orientali Francia an. 1071 autor;

(**) Babonem Comitem XXX filiorum patrem Comitiis Ratisponenisbus Conradi II Regis an. 1029 intersuisse refert Aventinus in Chronica sua boica vernacula scripta. Gräffs. Ausgabe von J. 1566 p. CCCLXXXVII; fortasse et idem Babo Comes inter Candidatos ducatus Boioariae recensendus est cum Emmerico, Stephani Regis Hungariae filio, et Ernesto II alemanno.

tor; Dietmarus de Dornberge, Aribō co-
mes.

Praetermitto hac in Praefatione vtriusque Codicis nostri illustrium Boioariae Principum, et Comitum coaeua Ottoni Regi, tribusque Henricis Imperatoribus nomina: Henricum Ducem, plures comites Arnolfos, Papones, Werinharios, Pernhardos, Geroldos, Grimoltos, aduocatos Aribonem, Hugonem, et Kestliupum, Suitkerum, Altmannum; Eccones seu Ekehardos, Sigehardos, Engilbertos, Rupertos, Vdaliscalcos, Adalhartos, Helmbertos, Burghartos, Marquatos, Vdalricos, Etichos, Hartwicos, Adalberones, Piligrimos, Meginhardos, Herandos, Starchandos, duosque cum Ottone Rapotones, quorum alter Canoniae eiusdem aduocatus, alter Ciuitatis Vogaburgensis, et Castelli Cheleheimensis Dominus, annoque 1085 Elisabethae, Chunonis iunioris, comitis Palatini, viduae maritus audit, idem fortasse Rapoto an. 1092 Comes Palatinus, et Comitis Vdalrici diutis de Passowe patruus, qui an. 1099 diebus Paschatis Ratisponae mortem obiere. (o)

Lon-

(o) Congruit Annalista Saxo omnino cum Codice nostro S. Petri monasteriensis ad an. 1099 Num. LXXI, quo Eli-

Longe vero maioris moliminis erit, tot cognomines Sec. X et XI in Frisingensium, Emmeramensiumque Monumentis Babones, Werinharios, et Pertholdos Schirenses ac Voheburgenses a coaeuis Pertholdis de Amartale, atque a Babonibus de Rietenburg, vrbis Ratisp. Praefectis sub an. 976 caute prudenterque secernere, singulosque suae generis origini restituere; tentabam equidem, sed, quo successu, iudicabunt interclusi mihi, negatique aliqui Codices, (p) quibus Babonis Maiores et Posteros in Alemannia, in Rhaetia Curiensi, in Carinthia, et in Orientali, et Rhenana Francia, duce Conradi AEpi Biographo, intentiore studio, monumentorumque combinatione inuestigare potuisse. Interim tamen has ego S. Petri monasteriensis Canoniae membranas una cum Parthenonis bergeensis Diplomatario

fabetha iterum vidua praedia in Cheleheim pro animae mariti Rapotonis Comitis remedio Canoniae nostrae obtulit.

- p) Desiderabam iasuper boicos inter Codices Fundationis testes Monasterii inferioris Ratisponae, a Juditha, Arnolfi Ducis filia sub Ottone I Imp. ad an. 970 fundati, dotatique Ecclesia Cheshingen in pago Chelesgoune; in primis Parthenonis S. Pauli ibidem Ratisponae sub Ottone II Imp. an. 983 erectae, testimoniò Cl. Romani Zirngibl, qui veram eiusdem foundationis Epocham, et inter testes Babonem Comitem coaeuis ex Notitiis, pro more suo, sapienter eruit, súa in Dissertatione von Stift St. Paul in Neugensburg, 1803 in 4.

rio, Concambiique Litteris Henrici II Imp.
et Benedicti VIII P. M. de loco Antesina ad
Oenum in Comitatu Arnolfi Comitis an.
10 8 ex autographa Charta exaratis, omni-
um primus in lucem profero, additis, quan-
tum mihi Animarum Pastori, ac ruricolae
diuturnas inter belli gallici calamitates, cur-
taque per Librorum Subsidia licuit, Obser-
uationibus meis.

Suscipe itaque, Academia Scientiarum
Boica, neglegtorum veterum Monumento-
rum refugium, et praesidium, has Schiren-
sium, ac Voheburgensium Comitum reli-
quias, vltimasque Babonidum Tabulas, tot
Seculorum iniuriis, tot Tabulariorum exiti-
is, ac nuperrime omnium rerum mearum
incendio consumtarum, iacturae a me vitae
meae peticulo, eruptas, neque officiosi animi
erga Te mei obsequium, operamque, Spi-
cilegio huic de originibus Domus Boicae
Seculis X ac XI, indefessa, aranearum, cas-
ses interruptos suos reficientium instar, in-
dustria, nauatam, dñeignare.

Tabula chronologica et Conspectus
*Imperatorum, Duxumque veteris Boioariae,
 et Carinthiae, Comitum Palatinorum et Praefectorum urbis Ratisponensis, olim Regiae
 Ducum, aliarumque rerum, ac personarum,
 Seculis X et XI magis memorabilium,
 in usum huius Commentarii.*

Sub Imp. Saxoniciis.

*Henricus I Rex, vulgo Auceps datus 919 † 936.
 Vxor Mathildis.*

*Arnulfus I, Luitpoldi Marchionis Boioariae
 orientalis filius, Ernesti Marchionis nepos, Dux
 veteris Boioariae, Regionum nempe Austriae Ca-
 rinthiae, Stiriae, Carniolae, Istriae, Tiroleos, ter-
 rae Salisburghensis, ac Noricum, partisque ori-
 entalis Franciae 911 † 937, sepultus Ratisponae.
 Summa rerum in Boioaria perturbatio, Principum
 que aemulatio ac diuersa studia sub Rege Conrado
 I Franco, eiusque fratre Eberhardo, Comite palatino
 911 † 919 Aribus comes Marchio orientalis Boio-
 ariae 908. Ratoldus, Sigebardi comitis Ebersber-
 gensis, propinquus Luitpoldi Marchionis, filius, Prae-
 ces Carinthiae † 919. Pertholdus I, Arnolfi I
 rater, Dux Carinthiae 920 — 937. Rugerus,
 Marchio orientalis Boioariae.*

*Otto I Rex 936 † 973. Coniuges eius Editha et Adel-
 haidis. Prima ruina Arnolfi Ducis filiorum.*

*Eberhardus Dux, Arnolfi I filius, ac frater
 Arnolfi II et Hermanni, Iudithaeque et Adelhaidis,
 inconsulto Ottone I, Germaniae Rege, Boioariae du-*

catum 937 occupans, in Sueviam relegatur 938. Aequaeus est Eberardo, Regis Conradi I fratri, comiti palatino ac Hermanno I duci, Alemanniae, Regis Ottonis I 936 Pincernae, filiis scilicet Conradi Senioris et Gebehardi Comitum Francorue et fratrum; quorum Eberhardus 939, Hermannus 949 obierunt. Haec ideo dixerim, ne cum his confundat Lector Eberhardum ac Hermannum, Arnolfi I filios.

Pertholdus I, frater Arnolfi I Ducis, ducatu Boioariae potitur 938 † 948, sepultus in Monasterio Alzaha inferiore. Vxor Willetrudis, Ottonis I Regis ex Sorore Gerbirga, Gisalberti Lotharingiae Ducis vidua neptis, fundatrix Parthenonis Bergenfis 976, cuius Codicem diplomaticum reper-tum dabo. Filius Henricus, Dux Carinthiae.

Henricus I Dux Boioariae, neglectis Arnolfi I Ducis filiis, a fratre Ottone I Rege 948 intrusus, † 955. Filius eius Henricus II, Rixofus dictus. Vxor Iuditha, Arnolfi I Ducis filia † 975. Filia Luitgarda, vxor Burgharti III Ducis Alemanniae 954 † 973 Ratho seu Ratoldus Comes de Diefen, Marchio orientalis Boioariae 950.

Arnulfus II Comes palatinus, autorque Domi-cilii Castellique Schirensis, haut procul a Castro Hochen-wart, cuius eiusdem posteri videntur fuisse haeredes, Dux Boioariae 951. (Codex Lunaelac.) Paternum Ducatum suo cum fratre Hermanno armis vindicaturus,

acri-

acriterque ad Reginae urbis moenia 954 dimicans, telis obrutus, occisus est. Pertholdus II eius filius post patris necem Boioariae Ducatui amicorum consilio auxilioque armatus inhibat; a partibus suis steterant Heroltus AEpus Iuuauienfis, Ratoldus Patriarcha Aquileiensis, Conradus Comes de Oeningen, exautoratus Dux Lotharingiae, Ottonis I Regis gener, Vngarorumque Principes; internecina autem Vngarorum clade ad Lycum torrentem 955 facta, Henricus I Boioariae Dux Heroltum AEpm, Pertholdi II agnatum, caecari, et Patriarcham Aquileensem Ratoldum castrari 955 iussit. Pertholdus II vero rogatu Vdalrici augustani Episcopi, qui eundem ex sacro Baptismi fonte leuarat, a capitali supplicio liberatus exulauit, (Conradus Schitensis ad an. 955) in gratiam tamen longo temporis interullo Ottonis II Imp sub an. 973 receptus. (Diploma Ottonis II Imp. Monasterio Metteni 976 datum) — Pertholdus Comes de Altenburg et Babenberg confobrinus Ottonis I Regis fundat Monasterium Tegginen 958. Interea Arnulfus I Comes de Vogaburg, quem Arnolfi II Comitis Palatini Schirensis filium, fratremque Pertholdi II, exulantis, fuisse non absque grauissimis rationibus (vnam enim domum fecisse constat) exissimo, sub an. 970 Nabae amnis Vorticibus submersus interficit. — Perno Comes palatinus in Churia Rhaetensi notus, 972. Sub idem tempus Origo Praefectorum urbis Ratisponensis, urbisque Magdaburgensis ex notitiis eruitur.

Purchardus Marchio orientalis Boioariae † 975. haud dubie Comes de Gisenhusen.

Sub

Sub Ottone II Imp. 973 † 983 et coniuge eius Theophana altera ruina Schierenis Familiae in Boioaria et Carinthia 976 facta est.

Henricus II rixosus, Dux Boioariae, Castellum, Comitatumque babenbergensem dono accepit ab Ottone II Imp. 973. Extat donationis Diploma in Archiuo babenbergenſu. Eodem Henrico II 976 Regnum affectante, Bertholdus II, Arnolfi II filius Boioarie ducatum iterum ambit. Henrici II Ducis, Bertholdique II factionem vna cum exterritorum Principum auxiliis sustentabant Henricus Dux Carinthiae, Henricus Epus augustanus, Adelhaidis, Arnolfi I Ducas filiae, Burghartique Comitis Geisenhusani filius, atque Abrahamus frisingensis Epus. Explorata conſpiratione, Ottoni Ducis Suevorum, filio Luitolfi, patruei Imperatoris, Boioaria in fidem administranda committitur. Henricus Rixosus dux proscriptus fuga in Carinthiam evanit, cum Henrico Carinthiae Duce Bathaniam occupat, ibique se munit; obſeffis vero expugnatisque urbibus Niuenburgu, quam Henricus Epus occuparat, Frisinga, et Batauia (Paffowa) Henricum II Ducem, eiusque socios in exilium exegit. Bertholdum autem II, iterum (prout Ottoni II Imp. quidem videbatur) Perduellionis, Maiestatisque reum, atque a Wolfgango Episcopo diris deuotum, eiusque filium Ascuinum, Carinthiae Praesidem, eorundem possessionibus in fiscum redactis, in Principum comitiis capitis an. 978 damnat Imperator. (Otto Epus frising. et diploma ex Cod. Sabionensi a me produc- tum). Vxor Bertholdi II Chunegunda, filii eius Ascuinus et Bertholdus III seu Babo I pater Babonis

II Schirensis et Abensbergenfis Patris XXX filiorum, ac Mathildis coniugis Paponis, Praefecti urbis Ratisponensis sub an. 983. (Cod. Emmeram.)

Otto Dux Alemanniae, filius Luitolfi, Ottonis II Imp. Patrelis, Dux Boioariae 976 † 982.

Otto, Conradi Comitis de Oeningen et Richlindae, Ottonis II Imp. Sororis filius, Dux Carinthiae 978 — 985, exautorato Henrico Duce Carinthiae.

Hartwicus Comes de Seon illustri Comitis Palatini ministerio auctus est 978. Luitpoldus, Pertholdi Marchionis Nordgauiensis frater, ac infelicis Adalberti Comitis Babenbergenfis felix nepos, durante hac Principum discordia Marchio Boioarieae orientali (Osterriche) praeficitur. An. 976 erat Comes in pago Tuonagoune, in cuius Comitatu erat villa Witehiliburg infra Straubingam ad Danubium proxime Petaling. Eiusmodi Potentia accessit etiam Vdalrico Comiti Ebersbergensi, in fide Regis permanenti in Boioaria superiore.

Episcoporum. Abbatumque bolcorum Dominum augetur, aduersatorum Ottonis II Imp. potestate ubique minuta 978.

Pappo urbis Ratisp. Praefectus; vxor, vt diximus, Mathilda, Pertholdi II Comitis schirensis et Chunigundae filia; filius Rupertus. Eorum di-

Ditiones erant castra Rietenburg, Stephininga, Calmuntz, Regenstauf etc. Bellum in Calabria 982
Principibus boicis exitiale.

Otto III Imp. 983 † 1002.

Henricus Dux Carinthiae, vita functio Ottone II Imp. aquirit ducatum Boioariae 983; restituto 985 Henrico II Rixoso rediit ad ducatum Carinthiae, † 989 sepultus Altahae ad Patrem Pertholdum I. Vxor Hildegardis, filii Henricus et Egilbertus Episcopus frisingensis, et Henrici II Imp. Cancellarius.

Henricus II Rixosus Dux Boioariae restitutus 985 † 995. Vxor Gisala. — Aribus Comes palatinus fundat Monasterium Seonense 999. Pertholdus III seu Babo I, Pertholdi II schirensis ac Chunigundae filius, frater Mathildae, cuius maritus Pabo urbis ratisponensis Praefectus, frater quoque Sigehardi, teste Auentino, aduocatus principalis frisingensis vna cum Vdalsealco comite passim sub Abrahame Epo in libro Tradd. obuius, ipsissimus pater Babonis II schirensis et abensbergensis, qui vna cum suis XXX filiis, imperante Henrico III, ex obliuione emersit, remque Comitum schirensium restituit. Vxor Babonis I Liutpirga. (Codex fabionensis) Arnulfus II Comes vogaburgensis, Arnolfi I Comitis de Vogaburg filius, teste Arnoldo emmeramensi praeposito, et codice S. Petri monasteriensis. Vxor Adelhaidis, filia Pertholdi Marchionis de Amartala proxime urbem Ambergam, et Eilae de Walbiske, ac Henrici Marchionis de Suinuorde soror.

Sub

Sub eodem Arnolfo II comite vogaburgenfi scribi inceptus est liber Traditionum Canoniae S. Petri monasteriensis, a me repertus. Poppe I Comes, Arnolfi II Comitis vogaburgensis frater, sa- tor Comitum palatinorum de vogaburg. Poppe I Ministerio Comitis palatini functus est 1027 in Comitiis Regis Conradi II Ratisponae, in quibus. Lite mota, regia Abbatia mosaburgensis Eberto Epo frisingensi, praesente fratre Popponis Arnolfo Co- mite, adiudicata est. Popponis I filius Poppe II Comes de Rota, 1040 in codicibus ebersbergensi- bus et geisenfeldensis iterum, iterumque obnus. Popponis II filius Chuno I 1060 Comes palatinus restaurator 1073 Monasterii Rotensis ad Oenum tum in Comitatu Arnolfi Comitis, Chunonis I filius Chuno iunior in acie ad Hochstadium 1081 occi- fuis.

Henricus, Henrici I et Gisalae filius Dux Boio- ariae 995 — 1002, quo anno Henricus II Impe- rator est salutatus † 1024.

Henricus, Pertholdi Marchionis de Amartala et Eilae filius, Boioariae ducatum ambit 1002, ad le- gem Baiuvariorum, et in ordinem armis a Rege 1004 redactus, rogatu Gotescalci Epi frisingensis in Regis gratiam rediit. Vxor Gerberga filia Hermanni II Ducis Alemanniae, filius Otto Marchio de Suin- uorde.

Caedes Henrici, fratrī Egilberti Epi frisingen- sis, qui Henrico II Regi, coronataeque Reginae Chu-

nigundae in nuptiis Paderbornae 1002, quemadmodum Pater eius Henricus Dux Carinthiae Ottoni III Imperatori, a mensa erat. Inde Ministerium Archidiapiferi, Pincernaeque etc. successu temporis apud Imperatores, Regesque increbat, quod Episcopi etiam fec. XI iam in vnu habebant. (Adelboldus coaevus Scriptor, aliquie) Otto Comes palatinus in Churia Rhaetensi 1002 — 1018 celebris.

Henricus V Mosellanus, frater Chunigundae Imp. ducatum Boioariae 1004 accepit, depos. 1008, restit. 1017 † 1026.

Comitatus babenbergenis cum Episcopatu mutatur ab Henrico II Rege 1007, inuitis Regis fratre Brunnone, posthac augustano Epo, Meginozzo, Regis prepinquo, eichstetensi, ac Henrico wirzburgensi Episcopis. Episcopatus Babenbergenis insignes etiam in Carinthia ditiones a Rege accepit ab Arnolfo I Duce possefas, atque ab Ottonibus Imp. alienatas.

Conradus I Dux Carinthiae, Ottonis filius, Conradi Comitis de Oeningen nepos 1005 † 1012. Adaibero, Marquardi I filius Dux Carinthiae succedit 1012, hoc 1035 deposito, successit Conradus II, Conradi I filius.

Hartwicus II Comes palatinus de Seon 1025 in Concambio Chunigundae Imperatricis cum Egilberto frieling. Epo † 1026, filiis eius Aribone ac
Po-

Pothone nondum adultis, Comitis palatini vices
1027 subplet Poppe Comes Vogaburgensis, haeres
villae Herigolteshusanae etc.

Sub Imp. Franconici.

Conradus II Rex, Imperator coronatur 1027
† 1039.

Vxor Gisella, Hermanni Ducis Alemanniae
filia, et Ernesti I ibidem Ducis vidua, † 1043.

Ducatum Boioariae eo tempore ambiebant:

Emericus, Stephani Hungariae Regis et Gi-
salae, Henrici II Rixoni filiae filius, ac Henrici II
Imp. Sororius 1027.

Ernestus II, Ernesti I Alemanniae Ducis filius,
ac Luipoldi Marchionis orientalis Boioariae nepos,
an. 1029 a Conrado II Imp. vitrico suo Dux Boio-
rum destinatur; rebellis vero ducatum et vitam ami-
fit. Cod. dipl. Eichstet. ap. Falkenstein p. 25.

*Chuno II Dux Carinthiae Conradi II Imp. pa-
truelis, † 1039. Auent.*

Welfus Praeses, cuius vxor Irmentruda, So-
ror S. Chunigundis Imper. Brunno Epus angusta-
nus 1025 Comitatum babenbergensem restituere,
at-

atque Henrico Nigro, Conradi II Imp. filio adferre nititur.

*Henricus VI Niger, Conradi II Imp. filius ab
an. 1029 — 1040; educatus est 1029 in Egil-
berti Epi Frising. Laribus. Diploma ap. Michel-
beck. Adalbero Comes Ebersbergeniis, Vdaltrici fa-
pientis iurisque periti filius, administrat Boioariae
ducatum 1034. Ibidem T. I P. I p. 230.*

*Henricus III Niger Imp. 1039 † 1056.
vxores Chunilda † 1038. Agnes nupta 1043.*

Obserues velim heic adtente necum Lector sub
annum 1040, imperante Henrico III genuinam Babo-
nis II, Schirenfis. et Abensbergensis Comitis,
Parthenonis Geisenfeldensis, 1037 fundati, advo-
cati, Patrisque XXX filiorum Epocham, quo tem-
pore filios eidem Imperatori produxit, simulque
cladem Boiorum 1040 in Bello boiohemico, sub
ducibus Werinhario, atque Ottone Marchione de
Suinorde, Ottonem Comitem in pago Chelesgouue
1040 aut Babonis fratrem eut patruellem, neque
ius haereditarium ad ducatum Boioariae eidem Babo-
ni, Schirenfum Principi abnegabis, si post ea
tempora in vita superstes fuisset.

*Henricus VII, Nepos Henrici V Mosellani, Dux
Boioariee an. 1040 † 1047, patruelis Ottonis II
Ducis Alemanniae filii Hezelini 1045 † 1047
Auent. Annall. L. V p. 531. 529.*

Aribō Comes palatinus, Hartwici Comitis Palatini filius 1041. (Diploma Henrici III Regis ap. Meschelb. T. I P. Ip. 238), quem hoc in Ministerio ad an. 1060 fecutus est filius Popponis Chuno Comes palatinus de Voheburg, haeres villae Herigolteshusanae etc.

Chuno I, Ludolfi Comitis et Mathildis de Zutphen oriundae filius, nepos Ehrenfridi Comitis palatini, ac Mathildis, quae Soror erat Ottonis III Imp., frater Henrici Comitis palatini Lotharingiae Dux Boioariae 1049 — 1053 depos., exul in Carinthiam et Hungariam migrat, † 1057. Vxor Iuditha, filia Ottonis Marchionis de Suinorde. Bellum Hungaricum 1050 decernitur in Comitiis imperii Norimbergae, quibus interfuerunt Chuno Dux Boioariae, Welfus Dux Carinthiae, Fridericus Comes de Dießen, Otto Comes Schirensis. Auent. L. V. p. 534.

Rebellio Optimatum Boioariae 1053, praesertim Chunonis Ducis, Welfi Ducis Carinthiae, Arbonis Comitis Palatini, fratrisque eius Pothonis fortis, Adelramique Comitis, quem Arnoldi vogaburgeniis, Monachique emmeramenlis Sororium existimo, quibus recentiores nostri Scriptores sine teste et tabula Ottонem etiam Schirensium Comitem adnumerant. Inprimis tamen hanc in rem discussiōnem meretur Diploma Henrici III Imp. ap. Meschelb. T. I P. Ip. 251, in quo Ottonis cuiusdam Marchionis, incesti rei, praedia Leian inter montana haut procul a Sabona in episcopatu Brixineni in Comitatu Poponis, et in Boioaria in Ufkirchen in Co-

Comitatu Friderici, (ni fallor, de Dieffen) et in Ebarhusen (alibi Eparaneshusen ad Abensam amnem) in Comitatu Burchardi (Comitis mosaburgensis) Ecclesiae frisingensi data in fiscum regium an. 1055 sunt resumpta. Confer ap. Meichelb. P. II p. 485 traditionem Ottonis Comitis Num. MCLIII sub an. 1006, et Num. MCLXX p. 490; nec operae pretium perdes; villae enim Eparaneshusen, et Geroltesbach, et Leian etc. produnt Ottoneum schirenssem Comitem, Ottonis II, Hazigae schirensis mariti, patrem, atque Babonis II abensbergensis patruum aut fratrem.

Eiusdem etiam Ottonis Marchionis mentio fit in Codd. weihenstephanensi et ebersberg. Duos etiam Ottones Praefides de Diezzen dicti reperi alterum ad an. 1026, ad an. 1060 alterum, hunc in M. B. Vol VI. illum ap. Hieronym Pezium in rer. austr. Script. Multa egi hisce de Ottonibus per Litteras cum amico p. m. Herm. Scholliner; dissertationem merentur.

Agnes Imperatrix ducatum Boioariae administrat 1057 — 1061, filiis Henrico et Conrado nondum adultis. Henricus Comes palatinus Lotharingiae † 1061. Fortasse filia eius Elisabetha coniux Chunonis iunioris Comitis palatini de Voheburg.

Henricus IV Rex 1056 sub Tutoribus, Coninges eius Bertha. Adelhaidis.

Optimum Boioariae Potestas singulis annis
sub eo crescit.

Chuno I Comes palatinus de Voheburg 1064
vxor Vta aut dieffensis aut seonensis. Filius Chu-
no iunior, filia Irmengarda.

Otto Comes schirensis, Archidiuocatus fri-
sing. 1060. Vxor Haziga filii EK Kehardus II,
Bernhardus, Otto. 1072.

Henricus urbis Ratisp. Praefectus Ruperti filius
1060, soecer Wolframi I comitis de Abinberg, filii
Babenis, Patris XXX filiorum, et auunculus Con-
radi I Aepi Salisburg.

Otto Marchio de Suinorde, Dux Alemanniae
1047 † 1057; filiae eius Beatrix et Bertha augent
Dominium Vogaburgensium. Abinbergensiumque
Comitum in Nortgouia, orientalique Francia connu-
biis.

Otto, Comes de Nordheim, Dux Boioariae
praeficitur 1061 depos. 1070. Discordiae Beliae
Regis Hungariae cum fratre Andrea 1060. † 1063
Hartwicus I Comes de Bogen eiusdem Beliae Re-
gis filius Bertham, Berthae sororem Sophiam Mag-
nus, Dux Saxonie duxerunt in matrimonium; ille
progenuit filios Fridericum I et Aseuinum, hic vero
Richardum, EK Kehardi Comitis schirensis coniugem.

Hermannus Marchio nortgauiensis, Franciae
que orientalis, vxor Bertha filia Ottonis Marchio-
nis de Suinuorde fundarunt Monasterium Banz 1071.
Rudolfus comes de Rheinfelden Dux Alemanniae
1057 vxor . . . Soror Henrici IV Regis.

Conradus III Dux Carinthiae Comes de Züt-
phen † 1057. Repudiato Pertholdo Comite de
Zaringen succedit Marquardus II Dux Carinthiae filius
Adalberonis, olim Ducis Carinthiae, † c. 1076.
succedit filius eius Luitolfus an. 1078 depositus,
† 1095. Auent.

Welfus Dux Boioariae praeficitur 1070. Mo-
nasterium Michaelburanum fundatur 1072. Hilde-
brandus, Gregorius VII dictus, IX Cal. Maiis 1073,
inconsulto Rege Henrico IV, eligitur summus
Pontifex; petulantes Regis mores corripiens, sum-
mam sibi in Imperatores Regesque potestatem ar-
rogat, cui rei fauet bellum saxonicum, Principum-
que discordia. In prima pugna ad Unstrutum am-
nem prope Hohenburgum et Langensalzam v Id.
Jun. 1075 de Boioariis occisi sunt Ernestus Mar-
chio orientalis Boioariae vna cum Dietpoldo Mar-
chione de Giengen et Vogaburg, ac Henrico Co-
mite de Lechesgemünde. Rex Henricus IV ab Hil-
debrando S. P., deposito omni cultu regio, contu-
meliose per triduum ante Castelli Canusii portam
Ludibrio terrarum orbis 1076 reus, imperique in-
dignus, exponitur poenitens, quae res exacerbavit
animum, alias vehementissimum, Regis.

Saxones Henrico Rudolfum Alemanniae Ducem imponunt Regem 1077; Hildebrandus eidem Imperii Coronam mittit, hoc Lemmate inscriptum: Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rodolfo. Gebhardus salisburgensis AEpus, Altmannus passauensis, Adalbero wirceburgensis, Meginwardus frisingensis, Epi fauent Regi Rudolfo; Henrico vero IV Otto ratisponensis Epus, Henrici Burggrauui frater, Sigefridus II augustanus, Rupertus babenbergensis, Epus brixinensis, et Norbertus curiensis Comes de Hohenwart, Hartwicus, AEpus Magdeburgensis, Comes de Ortenburg, Henricus Epus passauensis, Marquardi Dux Carinthiae filius.

Welfus Dux Boioariae 1077 deficit a Rege Henrico, deposito Welfo Boioaria per Optimates boicos, Regis Henrici sideles amicos ab anno 1077 — 1096 administratur, qui erant isti:

Sigehardus Patriarcha Aquileiensis et frater eius *Ellenhardus* Epus Polensis in Istria Comites de Plainen, schirensium Comitum propinqui.

Luipoldus Marchio in pago Osterriche, filius Ernesti, Fridericus et Ascuinus Comites de Bogen in pago Chamriche, ac in regione Boioariae danubiana vsque ad Paslowam, Burghartus et Bertholdus fratres Comites Mosaburgenses in regione salisburgensi, Arnoldus Comes de Dieffen et Albertus de Iringesburg Boioarium superiorem ac Tirolim in potestate habebant. Luitolfus, defuncto patre Marquardo, Carinthiae Dux cum fratribus Henrico, Vdal-

Vdalrico et Hermanno Carinthiam, Carniolam et Istriam, Ottokarus Stiriam, Chuno Comes palatinus pagum Briscouiam in Alemannia, Dietboldus Marchio de Vogaburg et Chambe, Gebehardus Comes de Sulzbach, Wolframus II et Otto Comites de Abinberg, fratres Conradi I AEpi Salisburg. Nortgouiam, orientalenique Franciam, Rapoto Comes palatinus (post mortem Chunonis Comitis palatiui † 1086) Castellorum a Boiohemiae finibus in Italiam usque potentissimus, gratia aptud Regem Henricum IV omnes Principes supereminebat. Inde successu temporis Boioariae Principum, Marchionis, praesertim Dietboldi vogaburgensis, Luipoldi Marchionis orientalis Boioariae, Comitumque formbacenium de Wels Lambach et Pitten etc. aemulatio, simultas, et ruina denique Henrici IV Imp., qui post caedem Gebehardi Comitis de Burghusen in Comitiis Ratisp. 1104 factam, atque ab Imperatore non impeditam, ab amicis suis desertus, et a proprio filio suo Henrico V Principe exautoratus est.

Federicus Comes de Büren et Hohenstanfen, expulso Pertholdo de Zaeringen, genero Rudolfi Regis, fit Dux Alemanniae 1078; vxor Agnes filia Regis Henrici IV. In il pugna ad fluvium Strowe VII Id. Aug. 1078 inter Saxones occisus est Wezilo I AEpus Magdeburgenfis, cui successit Wezilo II. Magnus, Dux Saxonie, EKehardi Comitis schitenfis sacer, captus est.

Henricus Rex a Walthero, Monasterii Altahae inferioris Abbe mutuis 1079 ad Belli saxonici

subsidia pecuniis acceptis, eidem praedium Peringen proxime Eslingen in pago Brisgouue in Comitatu Chunonis palatini Comitis oppignorat.

In 3tia pugna ad Fladenheim in Thuringia VI Idus Febr. 1080 Rudolfus Rex in fugam coniectus, Gregorii VII vaticinio animatus, iterum in praefilio fortunae aleam iactat; in 4ta vero pugna iuxta Ellestram amnem et Wolkeshemium in Misnia IV Idus Octobris 1080 superatus, amputata dextra, qua sidem Caesari dederat, interiit, ac Merseburgii sepultus est. A partibus Henrici fortissimus, idemque Regi amicissimus Committo Rapoto, Boioariae Comes, pater, ni fallor, Rapotonis Comitis Palatini, ac patruus Vdalrici diuitis, Comitis de Pasfowe, occisus est.

Hildebrandus P. M. VII Cal. Iul. 1080 Brinxiae in Synodo XXX Episcoporum, nec non Optimatum exercitus, et Italiae et Germanniae, iusu Regis Henrici congregata, deponitur. Henricus iterum ab Hildebrando diris deuouetur.

Electo ab Aduersariis Henrici IV, Romanum expugnantis, Hermanno Rege, IV Id. Aug. 1081 fit pugna ad Hochstadium danubianum, in qua cecidit Chuno, Chunonis Comitis palatini de Voheburg filius, in Monasterio Rota ad Oenum sepultus.

Altmannus Epus passauiensis, et Leopoldus Marchio orientalis Boioariae coniurant aduersus Henricum 1081.

Wic-

Wicpertus Rauennate AEpus P. M. 1084 creatus, ac Clemens III dictus festo Pascatis Henricum IV Imperatorem Romae coronat.

Gregorius VII Salernae † 1085.

Wirceburgum a Saxonibus, Alemannisque obfidentur, pugna iuxta Bleichfeldam commissa Imperator digreditur absque victoria 1086. Adalbero Epus Comes de Wels et Lambach aduersarius Henrici Imp. accerrimus introducitur, sed paulo post iterum expellitur, restituto Meginhardo ibidem Epo. Idem reliquis Episcopis, Imperatoris aduersariis, accedit, Gebehardo AEpo Iuuauienfi, Altmanno Passauienfi, Meginhardo frisingensi, Wigoldo augustano, a Welfone pro Sigefrido Comite de Dornberg intruso. Otto Epus Ratisp. Henrici vrbis Ratispon. Praefecti frater, † 1089. Gebehardus IV adolescens succedit; sub eo Canonia S. Petri monasteriensis 1092 consecratur.

Welfus Dux Boioariae in gratiam redit Imperatoris Henrici 1096.

Henricus Imp. Ratisponae moratus, Iudeis, a Christianis expilatis, perbenignus 1097, Henricum V Aquisgrani Regem facit, reprobato maiore filio Conrado, quem prius coronauit 1099. Pestis Ratisponae graffatur 1099.

Wibertus Papa † 1100. *Conradus Imperatoris filius* veneno obiit 1101.

Aribio Comes palatinus olim in Boioaria † 1102.

Gebhardus IV Epus Ratisp. Pechlarii occisus est 1103.

Comitia Ratisponae ab Imper. Henrico IV habita 104. Caedes Sigebardi Comitis de Burghusen; Dietpoldus Marchio de Vogaburg et Chambe, nepos eius rebeillionem inter Optimates Boioarie ac Germaniae aduersus Imperatorem excitat, praesertim cum Berngero Comite de Sulzbach, et Ottone Comite de Castel, materna stirpe cognato; quorum consilio et auxilio Henricus V filius Imperatoris patrem exautorauit, foederatis sibi noricis Principibus, atque ab Alemannis, et orientali Francia non nullis Nobilibus ad Saxones conuertitur.

Fridericus Dux Suenorum aedificat Monasterium Lorch in Dioecesi Auguistana 1107.

Pertholdus Comes de Mosaburga, AEpus salisburg. † 1106. *Conradus I, Babonis Comitis de Abensberg Nepos,* succedit. Consecrat translatum ab alpibus ab Hazaga scirense, eiusque filiis, ac Pertholdo Comite de Burgecke ad Vsenhouen iuxta Gianam amnem Monasterium; cuius Monachi 1120 ad fundatum Monasterium schirensse commigrant.

Summa Operis.

Liber Traditionum Canoniae S. Petri Monasteriensis,

Observationes de principibus Boioariae viris,
hoc in Codice contentis.

Prolegomena. Facies, aetas, argumentumque;
huius Codicis, Martyrologium et Necrologium. Co-
dex numerat LXXXVI Notitias. Aetas ab Ottone
Rege ad Henricum V Imper. usque; Conradum,
sehiresis Chronicus Sec. XIII autorem latuerunt hae
membranae.

Caput I.

De Situ Canoniae S. Petri monasteriensis, eius-
demque Fundatoribus, et Reparatoribus.

§ I.

A Tassilone Duce dotatam vetustas tradit;
Anno, ibidem Abbas, interfuit an. 799 Synodo
reisbacensi.

§ II.

De situ Monasterii S. Petri ad Weridam an.
772.

§ III.

De Situ Monasterii S. Pauli ad amnem Ilmam,
a Sigefrido Abate an. 820 S. Emmeramo Ratis-
ponae traditi.

§ IV.

Notitia de Monasterio Altenburg an. 817.

§ V.

§ V.

De Familia villae Abunsae Sec. VIII et IX.
Adelungus conditor castri Adelungesdorf proxime
Abensbergam. et Monasterium biburgense an. 759,
ac fortasse etiam Dominus villaे Adelungeshouen
proxime Tuolbach, et Abbatiam Moisaburgam.

§ VI.

Villaе olim nobiliores propter amnem Abun-
sam.

§ VII.

Ratoldi, Comitis palatini, ac Marchionis Nort-
gauensis, et Engildeonis Comitis in pago Tonah-
geue ditiones ad riuum Abunsam an. 837 — 902.

§ VIII.

Notitiae de Dominis villarum Hrodolfeshusir,
Phetaraha, Herigolteshusen, Volkmaresdorf, Berga,
Tuolbach, Fidalesdorf, et Gamanolfesdorf etc.

§ IX.

Inquisitio, cur Comites palatinos seculis IX
X et XI adeo frequentes in villa publica Tuolbach
proxime regiam Abbatiam S. Castuli Mosaburgam
coaeuis in monumentis reperiamus.

§ X.

Aetas Arnolfi I, Boioariorum Ducis, eiusque
filii Arnolfi II, Comitis palatini, et castri schiren-
sis conditoris, fratrnumque eius fata post an. 937
— 954, atque Pertholdi II, Arnolfi II filii, an.
955 — 976.



XI.

Praedia in fundo schirensum Comitum, Ca-
moniae S. Petri Monasteriensis Sec. X et XI con-
donata, produnt origines Fundatorum et Repara-
torum eiusdem Monasterii.

§ XII.

Sepulcra etiam, parentaliaque Babonidum Sec.
XI.

Caput II.

De aetate, et morte Babonis Comitis, Patris
XXX filiorum.

§ I.

Aliam aetatis rationem paecl. Hermannus Schölliner, aliam Vitus Arenbeckius subputat. Ami-
cabilis inquisitio, cui Henricorum Imperatorum Ba-
bo pater XXX filios, an claudio, an vero nigro
commendauerit.

§ II.

Hermannus Babonem abunfanum an. 950 na-
tum, an. 1015 filios ad unum omnes Henrico II
Imper. praesentasse, et an. 1020 vita functum ar-
bitratur.

§ III.

Aetas Conradi I AEpi Salisburgensis, Babonis
certissimi ex filio Nepotis, aliam subputandi rationem
nobis suadet.

§ IV.

Arenbeckii Sententiae, nostraque accedit aetas
filiorum Babonis, in primis Eberhardi I de Razen-
houen, et fratri eius Altmanni I, Satoris Domi-
norum de Sigenburga,

§ V.

§ V.

Dietmari quoque I de Dornberg, nec non Ir-
mengardis, opinione Herm. Scholliner, Babonis
conjugis, an. 1050 mortem obeuntis.

§ VI.

Hermannus, inquirens in Babonis patrem, au-
temque, Auentino vim inferre mihi videtur;

§ VII.

Probamus enim cum Hundio ex Monumentis
geisenfeldensisibus, et ni recti specie decipiamur, ex
Necrologiis weltenburgensi, et emmeramensi, Ba-
bonem an. 1037 viuos inter recenseri.

§ VIII.

Aduocati quoque Monasterii geisenfeldensis
aliquas ex fumo scintillas excitant.

§ IX.

De Agnatione Hartwici, aduocati geisenfel-
densis, et Eberhardi ebersbergenis Comitis notitia.

§ X.

Vnde haec agnatio?

§ XI.

De Babonis obitu in belli expeditione boiohe-
mica sub an. 1040 conjectura; in nocte enim con-
filium.

§ XII.

Eodem temporis interuallo floruit etiam fra-
ter Babonis, Otto I schierenis Comes in aucto pa-
go Tunckau 1036, et post obitum Babonis in pago
Chelesgouue 1040,

§ XIII.

§ XIII.

et Tuta, Ottonis 1 coniux.

§ XIV.

Biographus Conradi AEpiscopi minus fauet Hermanno, quam Arenbeckio, cui etiam Auentinus accedit in Annalibus suis schirensibus.

Caput III.

§ I.

Aetas Babonidum, in primis Eberhardi I de Razenhouen, vxor Mathildis.

§ II.

Geroldus, Eberhardi I de Razenhouen filius.

§ III.

Eberhardus II de Razenhouen an. 1097 aduocatus geisenfeldensis, Geroldi frater.

§ IV.

Gebehardus I de Abensberg, Sophia coniux.

§ V.

Altmannus de Abensberg, et Eberhardus de Randecke, filii Gebehardi I.

Caput IV.

De Dominis castri sigenburgensis propter Abunsam.

§ I.

Altmannus I, frater Eberhardi I de Razenhouen, Canoniae S. Petri monasteriensis aduocatus; Wezila coniux.

§ II.

§ II.

Henricus I de Sigenburg, filius Altmanni I, aduocatus S. Petri monasteriensis vicissim cum fratre Altmanno II.

§ III.

Altmannus II de Sigenburg cum fratre Henrico I in vicem aduocatus; alterutrius coniux erat Geniga, quae vna suis cum filiis Altmanno III, Henrico Clerico, Chadolto, Rachwino, et Gebenone dotarat Monasterium Prufeningen; donum erat possessio in villa Pertenchouen Nassafelsam inter et Ingolstadium, ubi et Babo et Ekehart sub an. 1030 Monasterio weltenburgensi erant beneficii.

§ IV.

Familia Comitum de Bogen.

§ V.

Coniectura de Meginhardo Comite, Satore Comitum de Rottenecke et Randecke.

Caput V.

§ I.

De filiis Baboni Comiti subpositis, minusque exploratis.

§ II.

De Ruperto Comite, urbis Ratispon. Praefecto, et Ruperto de Rore.

§ III.

De Aribone Comite Burghusiano, et Aribone de Arbenhouen.

§ IV.

§ IV.

De Erchanberto de Biburg, eiusque Successione.

§ V.

De wezilone, Dynasta de Freudenberg, vna

§ VI.

Cum Dominis de Ascha, Lintaha, Sibeneichen,
et Amartale in Nortgouia, haud procul ab urbe
Amberga.

§ VII.

De Aduocatis Monasterii weltenburgensis.

§ VIII.

Domini de Labera.

§ IX.

Familia de Scambach.

§ X.

Domini de Frickendorf.

§ XI.

Spicilegium familiae de Hochenwart, et Eli-
endorf,

§ XII.

Familia de Marchbach, et Mochingen

§ XIII.

Domini de Dornberg ad Isanam annem prope
Muldorf.

§ XIV.

De B. Henrico de Eberharteshusen,

§ XV.

§ XV.

De Loybricone de Suanicandorf (Schwandorf ad Nabam) et Ambricone, quos Auentinus Babonis filii adnumerat.

§ XVI.

Hermannus Comes de Hauenesberg (Abinberg aut Absberg) Marchio nortgauensis 1071, coniux eius Bertha, filia Ottonis Marchionis de Suinnorde et Amartala, vnde absque dubio pars haereditatis circum urbem Ambergam sub an. 1057 accessit Babonidis, simulque in orientali Francia, imperante Henrico III.

Caput VI.

§ I.

Notitiae de utroque Cunone Comite palatino de Voheburg, et Rota ad Oenum an. 1073 — 1081 — 1086.

§ II.

Inquisitio diplomatica, an sub Seculi XI finem discernendi sint Cunones palatini Comites de Voheburga et Rota a Cunonibus Comitibus palatinis de Tübingen.

§ III.

Rapoto, Comes palatinus, alter maritus Elisabethae lotharingicae, viduae Cunonis iunioris Comitis palatini 1086 in castro Cheleheim 1099 obiit.

§ IV.

Chazilinus et Engilbertus Comites palatini an. 1106 et 1107 audiunt.

§ V.

§ V.

Origines Rapotonis palatini Comitis, et patruelis eius Vdalrici Diutis, Comitis Passouiensis.
Tabula.

VI.

Quotus Ottonum Comitum Schirensium primus Comes palatinus audit?

§ VII.

De Ottone III schirensi, Hazachae filio, natu minimo.

§ VIII.

De Ottone IV schirensi, Ekehardi et Richardis filio, Comite palatino et fundatore Monasterii Ensдорfensis 1121; vxor eius Helica de Lengenfeld.

§ IX.

De Ottone Comite de Vallia, fratre Conradi de Dachau, Arnoldi Comitis schirensis filio.

Caput VII.

§ I.

De Ciuitate Vogaburga ad Danubium in pago Chelesgoue; Vicinia eius terra Salica etiamnum Sec. XI dicta est, eo, vt mihi videtur, quod ab Ottonibus Imperatoribus vna cum possessionibus schirensium Comitum in fiscum fit redacta.

§ II.

Origines Comitum, Marchionumque de Vogaburga et Chamba.

§ III.

§ III.

De Ratoldo, Palatii Comite, Ernesti Marchionis et Missi Ludouici II, Boioariae et orientalis Franciae Regis, an. 861 exauktorati, atque in Alemanniam, villamque suam Laufen, haud procul a Tbingen et Eselingen iuxta Neccarum (vbi et Chuno Comes palatinus Voheburgensis an. 1081 potens erat) relegati, Successore, et an. 863 Ambrichonis Epi Ratisp. aduocato. Inquirimus in eiusdem Ernesti Marchionis, Luitpoldi Satoris Domus boicae aui, atque in Comitum babenbergen-sium Maiores, et in Nortgouia et orientali Francia, Alemanniaque dispersas ditiones. Tabula.

§ IV.

De Engildeone Comite in pagis Chelesgonue, Westermannomarcha, Tuonagoune et Sualafelda ad rimum Sualanam in Wernizam manantem. De Luitwinda, Ernesti Marchionis filia, et matre Arnolfi Imp., Mosaburgae ad Isaram vita functa, contra Julii Aquilini Caesaris lepidam Sententiam.

§ V.

De Papone Comite, depositi Engildeonis in pago danubiano an. 895 succeffore, et ebersbergen-sium Comitum Satore; idem Pappo alibi Werinarius vocatur

§ VI.

Aliae de Luitpoldo, Arnolfi Ducis Patre, Notitiae.

§ VII.

In Arnolfi I Ducis ditiones, resque gestas ante suscep-tum Boioariae ducatum indagamus. Vna
eun-

eundem cum fratre Pertholdo, testimonio tabularum, nuperime a me repertarum, monstramus in pagis Sualafelda, Noregouie, Solzgouie, in officio Herrichesprucke non procul a Norimberga; quibus in pagis eorum quoque posteros ex Babone abensbergensi Comite videbimus rebus potentes, praesertim in Castris Abinberg, Spalta, ac Hilpoltstein ad Rednizam, Rotamque fluvios. Inuestigamus porro patrem Burgharti Comitis de Gisenhusen, Arnolfi II, Comitis palatini Sororii, vrbisque ratisponensis Praefecti, ac denique Marchionis an. 973 orientalis Boioariae.

§ VIII.

Codicem Odalberti AEpiscopi salisburg. ab an. 923 — 934, veteremque praerogatiuam Comitum mosaburgensium, Ecclesiae Cathedralis salisburg. aduocatorum, non nihil illustramus; incerti tamen, quis fuerit Henricus ille Arnulfi filius in regno Carentano in loco Crapofelda ad Gurkam, cui an. 953, durante discordia Arnolfi II, Comitis palatini, cum Ottone I Rege, Rex carentanas abs-tulit ditiones, ac Heroldo salisburgensi AEpo con-cessit. Idem Heroldus paulo post rebellionis cum schirensibus Comitibus, et Patriarcha aquileiensi Ratoldo consors, an. 955 excaecatus ab Henrici I Duciis quinque militibus prope Meldorf, ab AEpiscopatu in Concilio Rauennae remotus est. Succes-sit eidem Fridericus Comes de Chiemgau frater Si-gehardi.

Caput VIII.

§ I.

De Pertholdo II Arnolfi II filio, durante an. 976 Boioariae Principum aduersus Imper. Ottonem

II discordia a Wolfgango, ratispon. Episcopo, Sacris, et ab Imperatore aqua et igne interdicto. Jactura inde atque ruina Domus schirensis, hoc in ciuili tumultu accepta. Marchiones orientalis Boioariae, et Comites ebersbergenses, Abbates atque Episcopi quidam boici potentiores hoc damno sunt facti.

§ II.

Eiusdem Pertholdi II, schirensis Comitis, capta ab Ottone II Imp. an. 977 vrbe pataueni, e Boioaria in Carinthiam expulsi, coniugem Chuni-gundam, filiosque Pertholdum III, et Ascuinum, filiamque Mathildam, Pabonis, vrbis ratispon. Praefecti coniugem, manifesto Codicum emmeramensium et fabionensium indicio reperiisse mihi videor; his Notitiis a nemine fortasse hactenus exploratis, ut censoribus affertionis meae in re adeo implicita in promtu sint rationes, tabulam genealogicam, exinde adornatam, adnecto, atque Commentario meo Coronidem impono. Rem quidem arduam, fereque desperatam, Annalibus vero boicis discussu in primis dignam, neque superfluam adgressus sum; hiulca enim, neglectaque est Seculis X et XI patria nostra Historia. Operam igitur eidem meam, repertis forte coaevis a me monumentis, ante incognitis, pro viribus meis fideliter nauauit, non, compilantium more, auctum acturus.

Appendix.

Codex diplomaticus Parthenonis bergensis in Nortgouue proxime Neoburgum trans danubium supraque Ingolstadium, a Willetrude, Berchtoldi I Boioariae Ducis vidua sub an. 976 fundati, continens:

I. Diploma Ottonis II Imper. datum Frosae III Cal.
Octobris an. 976.

II. Descriptionem praediorum, ac censum Praepositurae Monasterii bergensis in officio Hertrichesprueke (Herschbruck) ad Peginazam fluum, nunc in ditione vrbis imperialis Norimbergensis.

III. Diploma Henrici II Regis Comites in pago Sualafelda, et Comites Hirzbergenses illustrans, dat. Radesbone XVII Kal. Maj. an. 1007.

IV. Diploma Chunradi II Imp. Rupertum in comitatu Voheburgensi producens, Annalibus boicis hactenus ignotum, dat. Kal. Aug. an. 1028, actum Altsteti.

Praedictas quatuor Litteras genuinas, a se vi-
fas, Sigillo suo confirmauit Bertholdus Episcopus
Eichstetenfis, ex Burggrauiorum norimbergenium
Familia prognatus, III Idus mensis Aprilis anno Do-
mini MCCC LVII.

Aliae Notitiae, idem Monasterium bergense
illustrantes.

A. Excerpta ex Bullia Joannis XV P. M., qua
an. 988 Monasterium Bergen intercessione Adelhai-
dis Imperatricis denuo confirmatum, et concessum
est, vt post fundatrixis Willetrudis obitum alia
Abbatissa eligatur.

B. Diploma Henrici II Regis dat. Kal. Nou.
an. 1007, quo Rex Francofurti donavit Ecclesiae
babenbergensi, a se recenter fundatae, et amplius
condecorandae VI Abbatias celeberrimas, hasque
inter primam suae proprietatis Abbatiam Beringia
in pago Nortgouue.

C. Memoria Castelli Harrichespruck extat etiam in rebus gestis Henrici, Marchionis de Suinuorde ad an. 1002, et in quodam diplomate Regis Henrici IV sub an. 1060.

D. Fridericus I Imp. ex Monasterio Admontensi perquam prudentem, litteratamque Abbatissam in Monasterio Bergen sub an. 1156 instituit; unde fortasse praestantes illi Codices vernacula lingua Rythmoque tempore Imperatorum de Hohenstaufen scripti, et a me in ingolstadiensi Bibliotheca viii, quemadmodum Carmen, Wolf Dietrich dictum, ex Parthenone eichstetensi, ad nos perueniunt.

E. Primi Monasterii bergensis aduocati Comites schirenses fuisse mihi videntur, eadem in vicinia potentes. Obseruaueris in diplomate Regis Henrici II, an. 1007 comitatum Wernheri Comitis in pago Sualafeda, quem posteris ad numero Ernesti III Comitis nortgauiensis fratraris Luitpoldi nostri, qui propagauit Comites hirzbergenses, de Tollenstein, Cregelingen, Lechesgemünde, atque de Burgecke. Verum heic locus non est ad enucleandam, confirmandamque Sententiam meam.

G. Litterae fundationis Seminarii S. Crucis Neoburgi, ex redditibus Monasterii bergensis erecti, atque a Duce Philippo Wilhelmo Comite palatino die 27 Sept. 1664 Patribus Soc. Jesu traditi, quorum in scriniis eadem Monumenta, Academiae scientiarum boicae contra ill. Buati sententiam, autoritatem Auentini in dubium vocantem, (*) a nobis nuper producta, hactenus delituerunt.

In-

(*) Buati Origgi. B. D. Tom. II pp. 335. 336.

Incipit martyrologium. (*)

Januarius habet Dies XXX. I. Luna XXX.

A	K ianuarii	circumcisio domini.
B	IIII	Nonn. o&t Sci Steph.
C	III	N. oct S. Iohannis
D	II	N. Innocentii oct.
E	Nonas	Roupertus Ia.
F	VIII	Id. Epiphaniae DNI Agatha Soror Eckibeti O.
G	VII	Id.
A	VI	Id. Herhardi epi et Cf.
B	V	Id.
C	IV	Id.
D	III	Id.
E	II	Id.
F	IDIS.	Sci Hilarii epi.
G	XVIII.	KL. FEB. felicis c.
A	XVIII.	Kl.
B	XVII	K. Marcelli. m et p
C	XVI	K.
D	XV	K. Cathedra. S. PETRI in româ.
E	XIII	K.
F	XII	K. S. m fabiani. et Sebastiani.
G	XII	K.
A	XI	K. Vincentii. M.
B	X	K. Emerentianæ. m.
C	VIII	K. Timothei apli.
D	VIII	K. Conusio. S. PaVLII apli.
E	VII	K.
F	VI	K.
G	V	K. Oct. S Agnetis.
A	III	ob Heinricus eversus fortasse
B	III	frater Eberhardi I de Razenhoven,
C	II	Eberharteshusii post-
D	KL. FEB.	hac in templo publicae venc-
E	III	rationi expositus.
F	III	MaRiae VIRGINIs
G	II	N. Blasii M. et P.
A	NoN	Agathie. V.
B	VIII	ID. Vedasti C
C	VII	ID.
D	VI	ID.
E	V	ID. Altoni. c
F	III	ID. Scolastice. V. Sotheris. V.
G	III	ID.
A	II	ID. Eulalia. m.

B

(*) Hoc nomine insigniuntur fasti Sanctorum sub finem
Seculi X. Meichelb. T. I P. II. 477 N. MCXXIV.

B	IDUS			
C	XVI	K.	MaR. Valentini. M.	
D	XV	K.		
E	XIII	K.	Julianē. V.	
F	XII	K.		
G	XII	K.	Symeonis m. et P.	
A	XI	K.		Heilca ob(*)
B	X	K.		truncat' EKK'(**)
C	VIII	R.		
D	VIII	K.	Cathedra. S. PETRI in antiochia	
E	VII	K.		
F	VI	K.	Sci Matthiē apli.	
G	V	K.	Waltburgē. V.	
A	III	K.		
B	III	K.		
C	II	K.	Romani. herem.	
D	KL	Martii Leonis. pp	Richardus m.	
E	VI	N.		
F	V	N.		
G	III	N.	Lvcu. pp	
A	III	N.	(†)	
B	II	N.		
C	NONAS.	Perp&nuet et felicitatiſ.		
D	VIII	IDUS		
E	VII	ID.		
F	VI	ID.	XL. II. militā	
G	V	ID.		
A	III	ID.	Gregorii pp	
B	III	ID.		Jorgius Haralt.
C	II	ID.		alia manus.
D	IDUS			
E	XVII	Kl.		
F	XVI.	K.	Gerdrudē. V.	
G	XV.	K.		
A	XIII.	K.		
B	XIII.	K.	Guntperi epi.	Hvza conversa ob
C	XII	K.	Benedicti abb.	

D

(*) Aut socrus aut coniux Arnolfi Comitis vogaburgenſis,
patris Arnoldi Monachi emmeramensis.

(**) Fortasse EKehardus, Ottonis II de Schirens frater, in
peregrinatione Hierosolymitana cum Ottone Epif. Ra-
tisb. an. 1063 suscepta. Lamb. Schafnab. et Auent.
Tab. XIX et p. 631. Andreas Presbyter in Chronicō
Bauariae produxit ex Monumentis schirensibus, nobis
incognitis EKehardum, Wernheri Comitis de Schirens
filium, ap Schilterum p. 18. In monumentis frisingen-
sis seculi X et XI frequentius EKehardus occurrat

(†) Hac die ad posterorum memoriam Nomen PABONIS
COMITIS cum XXX filiis et VII filiabus Necrologio
weltenburgensi, et emmeramensi insertum est.

D XI.	K.	Reginfusint ob.
E X.	K.							
F VIII.	K.	.	.	Hartnit cnefus Henricus aduocatus				
G VIII.	K.	.	.	Annuntiatio. S. MARiae, et Paſſio DNI.				
A VII.	K.	Caſtuli. M. (*)						
B VI.	K.	Resurrecſio dñi Roſperu epi						
C V.	K.		.		Lvipoldus m			
D III.	K.	Eufafu. C.						
E III.	K.	Paſtorif C.				Gepa ob.		
F II.	K.							
G KL APRIL.	Theodorē V.							
A III.	Konas							
B III.	N.	Xixti. m						
C II.	N.	Ambroſii epi.						
D Nonas								
E VIII.	ID.	Sixti. m et P.						
F VII.	ID.							
G VI.	ID.							
A V.	ID.	Mariē egipt.						
B III.	ID.							
C III.	ID.	Leonif. PP.						
D II.	ID.							
E IDUS		Eufemie. m.						
F XVII.	Kl.	Mau. Tiburc. Val. Maximī,						
G XVII.	K.							
A XVI.	K.	Anacleti. m. et p.						
B XV.	K.							
C XIII.	K.							
D XIII.	K.	Scara Virginū Cheren et Cholunohil'						
E XII.	K.	Senesii. m.	.	.	Riphin mat' Eckilohi			
F XI.	K.							
G X.	K.							
A VIII.	K.							
B VIII.	K.	Sci Georgii. M.		.	PRVN epS ob. (**)			
C VII.	.	K. Marci euang.						
D VI.	K.	Cleti. pp.						
E V.	K.							
F III.	.	K.	.	.	Meingoſz epf ob. (***)			
					G			


(*) S. Caſtuli, Patroni Abbatiae mosaburgensis in Litu-
niis quoque Codicis geiſenfeldensis Seculo XI memoria
celebratur, et in monte S. Stephani, quae filialis est
Paroecia Veilenbacensis antiquitus colitur; Maiores igit-
tur Comitum de Ebersberg fundasse videntur Abbatiam
S. Caſtuli an. 722 iam celebrem, cuius an. 908 erant
aduocati, an. 1027 adſertores.

(**) Necrol. Salisb. refert obitum Prunonis Fpi Auguſta-
ni, Henrici II Imp. fratris, ad eundem diem an. 1027.
M. B. Vol. XIV. 380

(***) Megingoſz Episc. Eichſtetensis eleſt. sub an. 989 †
1014 V Kal. Apr. erat conſanquineus Imp. Henrici II; ae-

G III	.	K.
A II	.	K.
B KL Mai.	S. PHiliPPi et IacoBi	
(Heic aliquot membranae desiderantur ad XI Kal. Dec. vsque)		
C XI	.	K.
D X	.	K. Ceciliæ V.
E VIII	.	K. Clematis p et m.
F VIII	.	K. Chrisogoni M.
G VII	.	K. Erchenpolt pbr ob.
A VI	.	K.
B V	.	K. Pertolt et Hademohet
C III	.	K. alia et luridior manus.
D III	.	K.
E II	.	K. Andreæ apli.
F KLD ECE MBRIS.	Candidi M et P	
G III	.	Non.
A III	.	N. Solifcf
B II	.	N. Barbaræ v. et m.
C Nonas	.	
D VIII	ID.	Nicolai epi et Cf.
E VII	ID.	
F VI	ID.	Zenonis c
G V	ID.	
A III	ID.	
B III	ID.	Damasi pp
C II	ID.	
D IDUS		Luciæ V. et M.
E XVIII.	KI.	IaN.
F XVIII.	K.	
G XVII.	K.	
A XVI	K.	Ignatii epi et M. PRVN Freckalai fr ob.
B XV	K.	
C XIII	X.	Salome et elisabett
D XIII	K.	
E XII	H.	Thomæ apli.
F XI	K.	
G X	K.	
A VIII	K.	
B VIII	K.	Nativitas
C VII	K.	Sct STEPHANI PRO - - M. Ihu

gerrime an. 1007 subscriptis fundationem Episcopatus Bæsbergensis; patrem eius Leodegarum, Comitem de Læchesgemunde, reparatorem Monasterii S. Waldburgæ salutant, Anonym, Hafsnriedanus apud Gretserum 435. EKardi Corp. hist. medii aevi. 60 Adelzreit. P. I. 419.



LIBER TRADITIONVM

S. Petri Monasteriensis.

Fragmentum abscissis post binis foliis, in membranis conspicuis.)

Num. I.

Vogabvrc, quando comes arnolfs sūpsit Wemannvm a) ad colloquiū suū;

N. II.

- a) Praetermisit Editor Voluminis XIII. Monumentorum Beicorum, Herm. Scholliner, in serie Weltenburgensium Abbatum *Wiemannum Abbatem*, ex Necrologio ejusdem coenobii Idibus Sept. p. 487 nobis notum, et a Mathia Abelino Abate in *chronographicam Instructionem de fundatione Monasterii Weltenburgicici*, Straubingae an. 1648 editam, perperam ad an. 760, et ad an. 815 relatum, quum *Wiemannus* sub finem Séculi X. debuisset inseri Abbatisbus, utpote *Anulfo II* comiti de *Vogaburg* synchronous. Omilus est eodem in Volumine XIII. *Vdaliscalcus Abbas Successor Wiemanni*, a Mathia annis 1028 — 1. 34 adscriptus vna cum venerandae antiquitatis fragmento, quod monumentis Weltenburgensis restituendum poto: „*Notum sit omnibus, quod in die depositionis Amalridis, filii eius Aschrich et Pauo, praesente Abbatore Vdaliscalco, delegauerunt ad altare S. Georgii premium, quod hubuerunt in Tolbuchi superiori, sicut eos mater eorum rogauerat. Huius rei testes sunt per aures tracti: Warmund de Wolmutsach, Wernher, Werkenger (Berenker) Ruprecht, Cuno, Burchart, Wolfregil, Sefrit, Hartuinch, Rudiger, Adalhart, Wolfolt, Pauo.*“ — *Abelinus Abbas* p. 21. Nec *Eberhardius Abbas*, *Ruperto Burgrario Ratisb. coaeuuus*, 10. cum suum obtinuit, nec *Herrandus*.

A

N. II.

Diuina gra faciente Otto rex tradidit cum manu duorum Heinrici & Wolframmi iuna ancilla Adal-sauda nomine ad Scm. Petrum. Iste sunt testes in respectu regis per aurem tracti. Engilpero Rvtpreth. Item Rvtpreth. Deinde precepit idem Rex Otto euidam nobili viro nomine Aripin (b) ut ille presentaret eam ad ipsum altare. quod illa per singulos annos & filii eius redderent vix tremissat ad supradictum altare quando nuberent, & ex ipsis degent. Asiant testes Helmpreht. Egilos. Cotapolt. Gerolt. Vdalrich. Rotpot.

N. III.

In xpī nomine incipit hec epistola qualiter quidam nomine Etihc (c) tradidit in manu aduocati nomi-

-
- b) *Aribo Comes Palatinus, Heinrici Baioariorum Ducis consanguineus fundavit an. 994 ad Castellum Burgili ad Alzam in Chiemingouue cellam S. Landberti Seugem noncuparam, confirmauit banc fundationem an. 999 Rex Otto III. M. B. Vol. II. 125. 158, et Differt. Geneal. H. Schollner de Monasterio Wellenoëns. 52. 53. 54, et M. B. Vol VI. 27, ubi cum Aribonis Comitis palatini filis, Chadalhaha Pruside et fratre eius Piligrimo, AEpi Colonienſi an. 120 — rogo uoltrae vicinia testes: Hartuicus de Houwdorf, Meginhart de Montichinga, et Wolfolt de Lintach aderant. Hartuicus quoque, aulicus comes, sub an. 1025 Frikendorf iuxta Abusum ab Arnolfo Duce olim Monasterio Tegernseensi subtractum possidebat. Hier. Pez Script. Rer. Austr. T. I. 741, eandem villam Frikendorf ad an. 1060 Cupo aulicus Praeses occupauit. M. B. Vol. VI. 163. Ingoli itaque isti comites Palatini ad Herigolteshusarum et Tuolbachense genus recensendi sunt, quod antiquitus Baioariae Comites Palatinos rulit. Sanguinis nexum cum Babone comite abusino alio in loco monstrabimus, Piligrimi Colonienſi AEpi et Aribonis AEpi Moguntini Necessitudo, quae latuit Wippone, ex dictis patet.*
- c) Etihc primus testis, quem Vdalricus comes (de Semita) cum coniuge sua Rikkarda post obitum et sepulturam Willi-

nomine Aripo ad Sem. P&rū tria mancipia nomine Heilrat. Reginuint. Wrant. cū his &iam legalibus operibus que habent alie hiltediuē. d) Iſti ſunt teſtes per aures tracti Adalhart. Heimpreht. Pappo de Marchpach. e) Item Papo, et frater eius Crimolf. f) Cuntpolt. Vci & frater eius Tato & alii multi.

N. IV.

Tradidit namque Orendil ancillam ſuā propriā nomine Meresvint ad altare Scī Petri cum manu potenti, ut illa d& in unoquoq; anno unū denariū ad annonam clericorum. Similiter omnis partus eius quando nubent, & ex iſpſis degent. Iſti ſunt

A 2

teſtes

- birgæ matronae et amitæ ſuac quasdam proprietatis res in loco Eriinga, holas III. et vineam prope vrhem regiam in manus Episcopi Wolfgangi et Abbatis Ramuoldi an. 975 — 1000 traderet; ister teſtes Marachuwart (euius Vdalrici et Adalberonis, Ducis Carinthiae, pater) Papo ſeu Wezilo futurus gener Vdalrici, Eparhart — — Adalpreht. Col. Trad. Emmer. apud B. Pez P. I. T. III. 95. 97.
d) Quid interſit inter Hiltediuaſ et Hiltſcalcoſ et inter Adelſcalcoſ Parſcalcoſ et Pardiuaſ, aliudque ſervorum genus, conſerenda eſt conmutatio Liutheri, Serui Eccleſiae cum Dracholfo Frif. Epifcopo c. an. 910. Meichelb. T. I. P. II. 43^t et ibidem ad an. 1058. 52^c et in noſtris Monum. N. LVIII. Burghardus, Abbas Emmeramensis, ad an. 1030 Vogariuti etiam habuit ſeruos Hiltſcalchos, quorum officia explicat in litteris ſuis ap. B. Pez Thes. Anecd. T. I. P. III. p. 77. M. B. Vol. VII. cum iure Summorum qui ibidem ſerui ſunt eiusdem Apoſtoli Petri. ita ad an. 1056. Conſule etiam Acta Synodi Dingolſinganae an. 772 apud Welferum, et Jof. Reſch Annal. Sabion. T. I. p. 690. et Adpend. diplom. Juuanienſ. p. 296. 297.
e) Hoc de Pappone de Marchbach, cuius poſteri nobiliffimi iterum iterumque cum comitibus de Schireñ teſtantur, nulla in Monumentis Boicis extat memoria; contekui eorum Genealogiam Tab. Cap. IV. §. XII.
f) Forſam idem, qui praedium ad Ocimpach (filialis eſt Eccleſia Monasterii Biburgeniſ) Monasterio Weiheuſtephen contulit. M. B. Vol. IX. 355.*

testes per auref tracti. Gepolf. & frater eius Heimpreht. Deothoh. Eckilaich. Reginpol. Ozi. (*)

N. V.

Tradidit itaq; Reginsvint suū seruū proprium nomine Gerpreht ad Scm. P&trvm ut dar& in unoquoqu; anno V. denarios ad ad ammonā fratrum. Iti sunt testes per auref tracti. Meginrat. Adalpero. Gerpreht. Rishart. Waninc.

N. VI.

Tradidit nanq; Harpreht suum filiū per manus aduocati sui Aripin ad Scm. Petrvm nomine Perolt. cum his legalib; operib; que habent hiltiscalcha. Iti sunt testes per auref tracti Helmpreht. g) Vordalscalch. Crimolt. Cholo.

N. VII.

Hec est cōmutatio que inter domnū Bernhardum h) & inter aduocatū S. Petri Kestliup peracta est. Tradidit nanq; prefectus Bernhardvs ad Scm. Petrvm ancillā suā propriam nomine Keni cum filiis suis. Econtra tradidit Kestliup aduocatus (*)

Sci

(*) Nomine Ozi venit quidam Monetis praefectus in Regina ciuitate tempore Perchtoldi Duci, qui † an. 948, eodem monetario etiam vsus est Arnulfus Dux, exhibebo num- rorum.

g) Dues agri ad Abusam Helmbertus Comes de Mosaburga, in vicem aduocatus Frising, cum Vdalscalco Comite, maritus Perachsuindae et pater Helmberti II. Gatescalci, quo- rum aduocati Herant et Vogo, et primus testis Aripo. Meicheli. P. II. 478 479; rurlos in tradit. Ottonis I. Ca- matis de Schiven. 485. 491. 506

(*) Idem testem agit in traditione nobilis Timonis, cum tra- deret Rudheidae dotem in nemore Cheskinga, comitatui Hohburgeni vicino. Colsa Tradit. Eamsram. ap. B. Per.

Sci Petri extra potestate Sci Petri tres seruos nuncupatos. Walther. Yfolt. Ratkis. cum censu clericorum ac Laicorum. ea uidelicet ratione ut utraq; pars firma atq; stabilis permaneret. Iste sunt testes per aures tracti. Pernhart. Radpot. Herrant. Statabant. Woluolt. Vogo. Gepolf. Wenelo. Ecco. Adalpero.

N. VIII.

Nouerint omnes fideles Scæ di ecclæ. quod aduocatus Heinrici ducis i) nomine Vogo k) tradidit unū seruū extra potestatem eiusdem dueis nomine Reginoldū cū collaudatione familie in potestate Sci Petri. Econtra tradidit aduocatus Sci Petri Aripo unū seruū nomine Meginradum cū censu clericorum ac Laicorum ea ratione ut utraq; pars firma

Theſ. Anecd. Tom. I. P. III. p. 105. Imper. Hensicus II. an. 1021. Monasterio inferiori Ratisbonæ ab alienatam Farochiam Cheshingen reſtituit. Diploma extat in Paricie edit. 1753.

- h) Aetae S. Wolfgangi Epi et Ramuoldi Abbatis iterum iterumque Ratisbonæ aduocatum egit Verinhartus cum Faramundo seu Warmando et Hanuario et cum noſtri Codicis testibus. Vid. cit. Bern. Pez. 93. 94. 101; Junauensis quoque Ecclesiæ aduocatum legimus Bernhardum Friderico I. AEpo lyncronum. *Adjuncta Notitiarum de Statu finium et urbis Juniae.*
- i) Forſan Henricus Sanctus an. 1002 Rex Germaniae, parentis Monasteriorum, qui veteri capellæ Ratisbonæ, et Abbatiolæ Moſaburgensi dedit Canonicos. Auent. Annal. L. V.
- k) Vagonem Comitem, aduocatum Tegernfeensem, fuiffe reor qui cum Helmberto advocoato Fris. an. 990. mancipia permutabat. Meichelb. P. II. 478, et Ernusti illiſtris Boii et coniugis eius Adelhaidis donationi Monasterio Tegernfeensi factae primus testis interfuit cum Comitibus de Ebersberg, optato quoque praefeo erat Pernhardus noſter. M. B. Vol. VI. 9.

firma atq; stabilis permaner&. Isti sunt testes per aures tracti. Werinhere i) Arnolt. Gerolt.

N. IX.

Tradidit nāq; Ypurc seruum suū proprium nomine Reginpolt ad Scm. P&rvm ut dar& in uno quoq; anno X, denarios ad annonaclericorum in manus aduocati Aripin. Isti st testes per auref tracti. Megingoz. Adalpero. Vogo.

N. X.

Notitia & numerus curtissorum. III. quot pertinere debent de halla ad monasteriū Sugae. & duo loca sartaginu. & puttece. III. quas Macco m) & subiecti eius luto & stercore habent proiectas. & unū molendinum. & IIII. iugera exarabifia. atq; III. carrucas pratorum. ad Stadalun quarta pars & una frutex que hei dicitur. ad Tureia (*) curtissū unū &. I. promeriu atq; IIII. iugera. nom. Liutpreht & Heridio habent sibi in premium sublatū. n)

N. XI.

-
- i) Aut pater Babonis Abusini, aut ille auentinianus Bertholdus I. Vogaburgensis Comes. Tab. stemmat. Auentini XXII.
 - m) Nonne Maggo aduocatus Ratisb. in monum. Emmeram. celebris? Erat comes in pago Chelesgowe an. 1002. V. Diploma ap. Andr. Maier in thesauro Jur. Can. Tom. IV. p. 71 et 62.
 - (*) Celeber pagus Tauer Hallam inter et Oenipontum, vnde Tauriscos nomen accepisse, quidam volunt; ibi et Chuno comes potens salem Monasterio Rotae legauit. Ibi et comites Hohenwartenses erant celebres.
 - v) Confer notitiam Latifundiorum per Arnoldum Boioariorum Ducem Tegernseο subtractorum, quae Arnoldi posteri, nequicquam conquerentibus Monasteriis, retineuerant; in eadem erat nāui Monasterium S. Petri. M. B. Vol. VI. 162. 195. 175. Heridionem Heredem et Aribonem eundem esse, nemo nescit. Ecce vestigia Arnoldi

N. XI.

Hec est commutatio que inter domnū Pernhardū & eius filiū Wolfgozzan peracta est. Tradidit nāq; prefatus Wolfgoz (*) in uico Tuizzinga curtiferoū unū. & alium in uico, qui Parra nuncupatur ad Scm. Petrvm. & in duob; locis. xl. v. iugera ex arabiili terra. & IIII. iugera pratorum. Econtra tradidit prefatus dominus Pernhardvs per manū aduocati sui Huges in uico qui uuangapach o) uicitatur curtiferos tā multos, & iugera equalia & tā multa. & ex pretis. IIII. iugera Wolfgozzo. Insuper tradidit prefatus Wolfgoz sine mensura. XX. iugera pratorum &. XV. iugera in duobus locis ad exstirpan- dum ad Scm. Petrvm. ea scilicet ratione ut utraq; pars firma atq; stabilis permaner& eius temporibus. Iste sunt testes per aures tracti. Arnolf. Sicgo. (*) Engilfrid. P&to.

N. XII.

Tradidit nanq; Fritilo fernū suū proprium no-
mine Ruotpertv ad altare Sci P&ri ut in uno-
quoq; anno dar&x. V. denarios ad annonā clericorum.
Isti sunt testes per aures tracti. Timo. An-
no. Pernhart. Megingozi.

N. XIII.

Praefidis Hallensis. Cod. Ebersb. p. 33; Gotescalcus quoque Emmeramensibus tradidit locum vnius Patellae infra Salinam Bauariensem Hallae petate Ramuoldi Abbatis; tes- tes Papo Maganus Vdaliscalc. cit. Pez. 93. 98

(*) Wolfgoz fortasse non diuersus a Wolfeone.

• Wangabach proxime Razenhouen, Millenhouen et Lint- kirchen ad Abunsam; Tuizzinga vero seu Teuffling hauc procul ab oppido Koelschingen, cum filialis Paroeciae S. Petri Vogaburgensis, nunc in bello Monasterio Schirens. Loci huius Domini erant Abensbergenses comites.

(*) Idem ac Sigebart.

N. XIII.

Tradidit nāq; Diotheri suū propriū seruū nomine Diotheri, & ancillā suā propriam nomine Adalpure ad Sem. Petrvm ut in unoquoq; anno darent. V. denarios ad annonā fratrum. Iſti sunt testes per aures tracti. Suiket. Vgo. Reginolt.

N. XIV.

Notum fit omnib; uobis qualiter Yfimgrim tradidit unā ancillā que uocatur Chiela ad Sem. Petrvm pro anima Gerhardi atq; Magana ut ipsa die in unoquoq; anno d&. V. denarios. Iſti sunt testes per aures tracti. Immo. Gerolt. Hereprecht. (*)

N. XV.

Tradidit Madalpolt ancillā suam propriā nomine Richpurch cū filio suo Vofcone ad Sem. Petrvm ut dent in unoquoq; anno. V. denarios ad annonā clericorum. Iſti sunt testes per aures tracti. Gerolt. Wicpolt. Adalpolt.

N. XVI.

Tradidit nāq; Waltheit ancillā suā propriam nomine Guntliuba ad altare Scī Petri pro redēptione anime sue & parentū. ut illa & filius eius Engilteir dent in unoquoq; anno V. denarios ad annonā clericorū. Similiter & omnis partus eorum post obitū dne sue. Iſti sunt testes per aures tracti. Marcuart. Waltcuon. Tiemo.

N. XVII.

(*) Eodem nomine venit Heribertus comes, pater Gebehardi I. Episcopi Ratisb.

N. XVII.

Notum sit presentib; & futuris qualiter Rypertus & Sigila de Pwhelin p) seruū suū Periwinn, & ancillarū suarū Chuizan. & Hirizpurgā tradider' ad altare Scī Petri. vt ille & earum partus in unoquoq; anno V. soluant denarios ad annonā clericorum. Iſti sunt testes per auref tracti. Hadapreht. Aripo. Vogo.

N. XVIII.

Tradidit nāq; Lantpertvs filios proprios Sigifridvm scilicet & Lantpertvm ad altare Scī Petri pro animab; suorum atq; sua. Ut darent in unoquoq; anno V. denarios ad annonā frūm. & ea lege uiuerent, qua patres eorum. Testes sunt supra dicti, quia in eodē die cōpactū est.

N. XIX.

Notandum est itaq; qualiter Pero tradidit ad altare Scī Petri ad prebendam fratrum ibidem servientium in magū aduocati eiusdē cenobii Altmani tale prediū cū una ancilla & partu eius. quale frater eius Maceli in manū suā eodem pacto legauit. Iſti sunt testes eiusdē legationis. Hadapreht. Heinrihc. Sigipoto. Gezo. Hugolt.

N. XX.

Notandum sit uobis quod quidā nobilis homo Gerolt nomine ad altare Scī . . et ad annonā clericorum pro anima Regili. & omnium debitorum suorum totum preedium quod habuit ad Chnobe-
dorf

p) Piichel ad riuū Parram, et Menchingen olim Mantichingen, non longe a Voheburga.

dorf q) cum omnib; ad illud pertinentib; quesitis
& inquiūtis. excepta una Vvva. Iſti sunt testes.
Ebirhart. Noppo. Hartwig. Otto. r) Pilgrim. Odal-
ſcalc. Teimo. Almar. Marcwarc. Alparat.

N. XXI.

Tradidit Marcwart & Richilt propriam ancil-
lā

- q) Knodorf ad Danubium proxime villam Moeringen, vi-
cum Vr̄singēn seu Areslingen, Ernestgaden et Kokoltin-
gen in Praefectura Vogaburgensi; aliis Gerolt dedit coe-
nobio Geifensfeldensi III. hubas in villa Aerslingen. M. B.
Vol. XIV. 185. Heic loci Ernestus de Hohenburg ex no-
bilissima Prospia natus Marchio seculo XI. habuit por-
cum pro navigantibus, ibidem 105. Monasterium Bergen
ad Neoburgum a Willertruda, Pertholdi I. Ducis Boioa-
riæ vidua an 976. fundatum, olim gaudebat iure Patro-
natus Parociae Vr̄singēn
- r) Perreptauis vsque omnes Notitarum angulos inquirens in
Babonis Fratrem, Ottонem I. de Schirem, nullumque ido-
neum reperi, quam hunc monstrazione Auentini duntaxat
nobis notum: Babo Babonem ab Abensberg, patriae meae
regulum, et Ottонem primum progeniuit. Hic Praefec-
tus praetorio (sicut in Diplomate Imperatoris Henrici III.
legimus) Boioariae et Kelhaimorum. Ottonis huīis co-
mitatum an 1036 in pago Tunekau reperiſſe mihi videor.
M. B. Vol. XV. 160 quo in pago Ottonis quoque Maio-
res, nisi me Tabulae Monasterii inferioris Altaiae, Ad-
vocatorum praesertim series Num. VI. et Epitaphium
Pertholdi Ducis Bavariae filiique eius Henrici Minoris
fallant, annus Ottonis Perecoldus Arnolfi II. filius, Ar-
noldisque Ducis nepos in Wilchilburg potentes erant.
Agemus, si inclutae Academiae Boicae videbitur, de
Principibus in pago Tunkau, vicinis que eidem pagis,
qui praeclaros inter viros Westenriederum, et Carol.
Theod. Gemeinauer, in litterarum discrīmen venerunt,
principia Dissertatione; heic digito duntaxat monstrare
Ottonis I. Ditiones volui. An. 1040 eundem Otto-
nem in pago Chelsgouue monstrant Auentinus, et W.
Lazius ex Monumentis Weltenburgensis p. 332. Nun-
cupat Lazius Ottонem Rapotonis patrem, a quo Comi-
tes de Hohenwart descendunt, qua fide, ignoro, fortas-
sis noster in Monasterio S. Petri aduocatus Rapoto N.
XXIV. pater Rapotonis comitis est, qui duxit Elisabe-
than viduam Chunonis II. Comitis Palatini de Rota.

īā N. Aldewih pro. V. denn. ad altare Sc̄i Petri & ad annōnā clericorū. Iſti sunt testes. Gotescalc. Helmpreht. s) Egico. Walequon. P&to. Adelpreht. Adalbero. Engilrihc.

N. XXII.

Notū sit omnib; presentib; & futuris qualiter quidā nobilis vir nomine Werinhariys trādidit una hvbam sitā ad ezangin t) in manū aduocati Monasterialis nomine Aripo. ut frater eius Gerolt nuncupatus haberet annōnā cū his clericis qui sunt ad Suaigam. u) Quod si noluiss& ibidem canonicus ēe. tradidit pro anima sua. patruq; suorū. Iſti sunt testes. per auref tracti. Sigihart. w) Gerolt. Arnolt. Vgo.

N.

s) Vide supra Notam ad N. VI. forſam comes de Horabach et Gifenhufen. Cod. Ebersb. 22.

t) Eiling ad Almonam proximie castra Randecke et Cheilheim antiquitus iam comitibus de Abensberg subditā villa; ibidem et Gozpertus, nobilis Clericus (postea Abbas Tegernseensis, et amicus Arnolfi comitis et coniugis eius Adelhaidis ad quem eius litterae extant apud B. Pez Tom. VI.) et Vualduon frater eius, aduocatus aetate Ramuoldi abbatis Emmeram. an. 976 — 1000 potentes erant. Cit. Pez. p. 100. 95. 127. Gerolt Werinharii frater adtentos nos facere oportet; agro enim Schirensi vicinae sunt villae Geroltsbach Gerolshufsen, Geroldi quoque comites in monumentis Weikenstephanensibus aetate Egilberti Epi sunt frequentes cum Ottone primo teste. M. B. Vol. IX. 349. 352. 353. 354. 360. 361. Egit Geroldus quidam Wicmanni nobilis viri aduocatum an. c. 1013. Meichelsb. P. II. 487. 491, in trad. Ottonis comitis inter praedia eft Geroltsbach p. 485, ad an. 1006. confer insuper, quae de Geroltingen et Pettenhouen ad Danubium supra Ingolstadt in traditione Babonis pro animae remedio Ekeharti Cap. VII. dicam.

w) Forſam et Sigehardus frater Werinharii seu Babonis, quem Auentinus et Lazius, autore, nescio quo, patruum Babonis de Abensberg referunt Tab. XIX. ad an. 995, eiusius alius Sigehardus de Volkmaresdorf et Tholbach

N. XXXIII.

Tradidit nāq; Gerohet. (x) unā huobā ad annona clericorum in vico qui dicitur Hguuartashouen cū omnib; pertinentib; ad eū. Iſti sunt testes per aures tracti Ti&bere. Reginpreht.

N. XXIV.

Tradidit Wenelo itaq; ancillā ſuā proptiam nomine Hirazpvrc h per manū advocati ſui Ratpotonis ad ſcmm Petrvm. ut in unoquoq; anno ipſa et filii filieq; eius darent duos denarios ad annā frām. Iſti sunt testes. Hagano. (y) Adalpero. Reginpolt.

N. XXV.

Tradidit nāq; Gerhart ancillā ſuā propriā ad ſcm. Petrvm ut poſt obitū eius duos denarios uel pretium duorum denariorum reddat ad annonam clericorum. Iſti sunt testes per aures tracti Engilfrit. Egilof. Heriger.

N. XXVI.

Tradidit Suitger ſeruū ſuūm propriū nomine Gerhart ad altare ſcī Xixti ut in unoquoq; anno det.

erat aduocatus Frisingensis ante Ottoneum II. de Schire, Hazigae maritum. Sigehardus pater synchronous est Vdalrico comiti de Ebersberg, Sigehardus autem filius Eberhardo et Adalberoni, Vdalrici filiis. Cod. Ebersb. 22. 24. 45. An. 1003 Sigehardem patrem Tegernfeensem aduocatum fuisse, Hemici Baiorioe Ducis electum, Buatus refert T. II. p. 6 in Orig. B. D. Papo comes an. 978 ibidem aduocatus p. 59; nec praetereundus eft ille Sigehart comes Primus testis in commutatione Vogonis ante an. 994 in Meichelb. P. II. 471.

x) Foſan Gerolt.

y) Seu Hartuuicus.

det. v. denarios ad annonā clericorum. Iste sunt testes Grepolt. Wasigrim. Penno. Pilligrim.

N. XXVII.

Tradidit nāq; Lantpolt ancillā suā propriā nomine Adalpvrgam ad altare scī P&ri pro redemp-
tione anime sue & uxoris. ut in unoquoq; anno d& v. denarios ad annonā - - - similiter & om-
nis eius. Iste sunt testes. Guntpreht. Adalhart.
Adalger. Wifvnt.

N. XXVIII.

Tradidit nāq; - - - ancillā suā propriā Re-
ginlin ad altare scī Petri. ut in unoquoq; anno
dar&. I denarium ipsa & partus eius ad annonā
clericorū. Iste testes per auref tracti. Hiltiwart.
Mahtfrit. Gorpolt.

N. XXIX.

Tradidit nāq; Engilscat (z) ancillā suā pro-
priā nomine Chunipurgā et filiā eius Deonisam &
omēm partū eius quando nuberet cū manu potenti
ad scm. p&rūm pro redemtione anime sue suorum-
q; parentū ut in unoquoq; anno dent. V. denarios
ad annonā - - orum. Iste sunt testes per auref
tracti. Pero. Megingoz. Engilscalt. Luipolt.
Wolfcoz.

N.

z) Quidem Engilscalk eiusque vxor Rihhilt, praefente ador-
cato Bernardo in villa Rihherishufen praedium tradidit
Monasterio Weihenstephen aetate Arnoldi abbatis an.
1020 — 1040, Testes: Otto, Diemar, Engilmar, Pernhart.
Popo. M. B. Vol. IX. 361.

N. XXX.

Tradidit nāq; Engilscat ancillā suam propriam nomine Hiltiwic ad altare scī Petri pro redēptione Geroldi & Dionisan & Alprich aliorūq; suorum parentū. ut d&c in unoquoq; anno. V. denarios ad feruitum cl - - orum & omnis partus eius cū nupserit. Iſti sunt testes. Madalger. Wisunt. Meginprecht.

N. XXXI.

Notum fit omnib⁹ scilic& presentib; ac futuris quod quidā feruū scī Petri nomine Gozilo (aa) tradidit ancillā suam propriā nomine Dienot ad altare scī Petri cū manu potenti pro redēptione. VI. animata uidelic& Geroldi. Wisunt. Item Geroldi. Grozilonis. Wictrudi. Einnæ. ut ipsa & omnis partus eius dent in unoquoq; anno X. denarios ad annona C . . . sunt testes per aures tracti. Tato. Madalger. Teimo. Wolspero.

N. XXXII.

Tradidit itaq; Petto & Wirunt feruū suū propriū nomine Erchanprecht cū manu potenti ad altare scī P&rī pro redēptione anime sue atq; parentū. ut in unoquoq; anno d&c. V. denarios ad annona frūm. Iſti sunt testes per aures tracti. Ruotprecht. Harswig. Meginhart. Wolfolt. Grifalprecht.

N. XXXIII.

Tradidit nāq; Reginolt feruū suū propriū Herirat cū potenti manu pro redēptione anime sue & pro

aa) Seu Goteſtrid.

pro parentibus suis ad altare sc̄i Petri. ut d&r. V. denarios in unoquoq; anno ad annonam cl . . . rū. Iſti sunt testes per aures tracti. Adalhart. Adalger. Patarich. Herimvnt.

N. XXXIV.

Tradidit namq; Wolispero ancillam suā propriam nomine Erchanuniha & servos suos Meginratā & Alprihan ad altare sc̄i Petri pro redēptione animarū Alprih & Dionan & Wolisperin & Pernunus. ut mulier in presenti anno & serui quando nubent & ex ipsis degent dent. V. denarios ad annō c . . . orū. Iſti sunt testes. Timo. Etich. Eguanic.

N. XXXV.

Notum sit omnib; xpī fidēlibus quod quicq; homo nomine Gerolt tradidit seruū suā propriū cum manu potenti ut d&r. III. denarios quando nub& ad annonam . . . Iſti sunt testes. Mahtfrit. Adalhart. Megingoz. Pero.

N. XXXVI.

Tradidit nāq; Imma. (bb) Iugera in uicio qui dicitur Starzashusun (cc) ad sc̄m Xixtum (dd) post uitā suam pro redēptione anime sue ad annō clericorum. Iſti sunt testes. Waltcuon. Egianin. Erchauprecht.

N.

bb) Seu Irmengard.

cc) Juxta Gozzolshusen et Burgstall Wolnzaham inter et Rotteneche.

dd) Tutelaris ecclesiae Parochialis in Münchsmünster.

N. XXXVII.

Tradidit namq; Wolfgoz (ee) ancillā suā propriam nomine helechnna ad altare scī P&xri cum manu potenti (ff) pro redēptione anime Geroldi. ut illa d& in unoquoque anno V. denarios ad annonā . . . similiter & partus eius. Iſti sunt testes per aures traeti. Adalger. Madalger. Engilpero.

N. XXXVIII.

Tradidit nāq; Wolfspero & Frater eius Cerolt ancillā suā propriā nomine Erchanwiha pro redēptione animarum Alprici. (gg) & dionisa. & unopferin & Geroldi. ad altare scī Petri. tradidit & tūa duos seruos nomine Meginraat. & Alprich. ut in unoquoq; anno dent. V. denarios. mulier quide in presenti anno fernus autē meg . . . post obitū Geroldi. sed et seruus Alprich quando nubat. Iſti st. testes. Timo. Etich. Erchanpreht. Eguuuin.

N.

ee) Forsan Domini Bernhardi filius, et Geroldi patruelis N. IX. XXII, in monumentis quoque Frisingensibus cum familia de Schieren frequens.

ff) Eadem donationis formula vtitur Otto I. comes de Schieren, quum in Vfkirchen, et in Stupeia inter alpes, vbi Chuno quoque Palatinus rerum potens erat, et in monte Torento, et in Eparaneshufen bona pro curte Geroltesbach proxime castrum Schieren permuraret cum Gotescalco Episc. Fris. ad an. 1000 coram testibus fere nostris. Meichelb. P II. 485 491. et P. I. 251.

gg) Alprichi nomen Luitpoldi Duci Maioribus et posteris oppido familiare est, ipse Albricus fuit Arnulfi duci filius Herolt nuncupatus. Adpendix ad Juuaiae Notitias p. 132; erat potens ad Adamunton, quemadmodum Babonidae de Abensberg. p. 152. An. 1027 Albricus aduocatus Abbatiae Mosaburg. Meichelb. P. I. 222; in Monumentis Weihenstephan. primus testis inter comites. M. B. Vol. IX. 352.

N. XXXIX.

Tradidit nāq; Guntlint ancillā suā propriā M.
Engilpure & filium eius Adalpertū ad altare scī
P&ri pro redēptione anime Gunthilde & parentū
suorum.

N. XL.

Tradidit nāq; Rimar ancillā suā Hadapurgā cū
dnob; filiis. Rimar & Ellamout ad altare scī Petri.
vt illa et partus eius in quoquā; anno DeN. V.
denarios ad annonā cl . . orū. Iſti st testes illius
traditionis. Nortpreht. Waltquun. Egiwin.

N. XLI. (*)

Tradidit nāq; Amalpreht ancillā suā propriā
nomine Eginam ad sem P&rum vt illa det. v. de-
narios ad prebendā canonicorum similiter partus
eius, Rihheri & Suitker sunt testes illius traditionis.

N. XLII.

Tradidit Pero suā ancillā Auā nomine ad al-
tare scī Petri pro V. denariis in auctū canonica-
lis prebende. similiter Rvcilā eius filiā omnēq; par-
tū eaurū. Iſti autē sunt testes per aures tracti.
Noppo, Kepolf, multiq; alii.

N. XLIII.

Tradidit Pluker suā ancillam nomine Rihilt in
altare scī P&ri ad annonā canonicorū pro tribus
tena-

(*) A Num. XLII. ad Num. XLVI. Traditiones acutiorē ea,
lamo fuit scriptae.

tenariis. part'. Testes autē eius st. Marcwart. Vgo. multiq; alii.

N. XLIV.

Tradidit Wolphreht Presb. per manū Wolfherif Illor mancipia ista Wolfphret. Engilwib. Ribbile. s . . d . . ad scm P&rū. ut in singulis annis singuli solvaut. V. denarios ad annonā . . . testes st. Helmpreht. Etih. Sigo. multiq; alii.

N. XLV.

. . . uero dedit suū seruū Deotrichan in potestatem scī P&tū. ut per singulum annū tref denarios ad annonā . . . tribuat. Iſti st testes . . . ker. (forſā Suitker.) Cuntpereht. Adal . . multiq; alii.

N. XLVI.

Tradidit nāq; Egilolfi ancillā suā propriā Alpurch N. ad altare scī P&tū. ut illa partusq; eius legitimo tempore. Ill. denarios daret ad prebendā . . . Iſti sunt testes illius legat. Ruotpht. Walahdracho. Gamanolf. Gotaforah.

N. XLII.

Notum sit omib; uobis. quod dōnus Werinarius (hh) seruū suū. N. Chanipertū ad scm. Petru in

hh) Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis, Babo comes Abunsanus. Hoc nomen, aetas, familie fides, dignitas, proles, tabulae, testes, et Societas Arnolfi comitis, advocati Aribonis et Raigotonis ut adseram, suadent. Fateor tamen, tenebras haice in re incerta neque consilium neque modum habere villum praeter conjecturam vero simillimam. Arnulfum autem comitem hunc

in cōmutatione dedit. Econtra tradidit Arnolfs
comes per manum advocati sui Aribonis. N. En-
gilpolt extra potestatē scī Petri in potesta-
tē Werinharii. ea scilicet ratione ut utraq; con-
ditio firma consistat. Iſti sunt testes. Ratpvt. Pen-
no. Arnolt.

N. XLVIII.

Tradidit. Geto. tria ivgera pratorū iacentia in
loco qui dicitur. Chreinwahinc ad altare scī p&ri
& ad prebendā cl . . . ibid. seruientium. Iſti
ſt testes per auref tracti. Hebrrh. Noppo. Hein-
rich. Palwin. Meginoz. Vdalscald. Marcwart.
Adalb. Adalb.

N. XLIX.

Tradidit. Horſmout unū agrū ad altare scī .
. pro anima uxoris sue. Grepan ſitū ad Plulin-
gan (*). Iſti ſt testes adalb. & adalb. Petto. Grisilph.
wifunt.

N. L.

Tradiderunt Wolfoz & Vgo. in Toimdinga
Engilihiltā & Filiam eius Trvnān in manū monaſte-
rialif

eundem autumo, qui omnes inter Boioariae comites et
Judices primus testis erat in celebri Placito, a Conrado
II. Rege Ratisbonae an. 1027 ad Tutinchouen haut pro-
cul a Landishuta indieto, vt iuxta legem Baioariorum
inquireretur, Abbatiane S. Castuli Molaburga secundum
ſententiam Popponis comitis effet libera et regia, an ve-
ro iure poſſeffionis ad Dominium Frisingensis Ecclesiae
pertineret; vindicabat eam ſibi Egilbertus Epifcopus Eris-
cum Adalberone comite (de Semita) in cuius comitatu
Abbatia ſita erat (ſine dubio Tracholfi Epi et Arnolfi Du-
cis, Baioariorum et Regis Arnolfi et Waldonis Epi lit-
teras producens) omnium Judicum ſententia. Meichelb.

T. I. P. I. 222. 146. et P. II. 419.

(*) Pleulingen ad arcem Obertollingen pertinens; an. 1020
ibidem Domini Conrado et Gerungus de Oetelingen;
nunc ad Haunstat.

rialis aduocati Suitkeris. & Tatin prepositi. ut in quocuq; anno. V. denarios dar&t ad annonā . . . rum. Iſti st̄ testes Guntpreit. Uualquuu. Egī.

N. LI.

Tradidit Peraman ancillā suā propriā nomine Perahtan per manum Peranhandi comitis (ii) ad scm P&rū. ut illa & eius masculinus sexus in unicuiq; anno decē denarios. femine autem quinq; ad annonā . . . darent. Iſti st̄ testes Immo. Ecco.

N. LII.

Notandū ē nobis. quod comes M. . . (kk) tale prediū tradidit. quale habuit iu uico biprehensuſa (ll) per manus advocati sui. dripiñ. ad scm Peſtrum. & exinde ad annonā nrām cū consensu et conlaudatione comiti arnolſſi. pro redēmptione anime sue ac parentorum suorum. Iſti sunt testes per aures tracti. Meginhart. Kerolt. Cunpolt. Arnolt. Pernhart. itē Arnolt. Mahtfrit. Heinrich. itā cundpolt.

N. LIII.

Hee sunt mancipia que sunt sci petri ad Gerolaspahi. (mm) Uuerinhart. Cotphrit. Cundpolt. Maut-

ii) Forſan Perenhardus.

kk) Tempore B. Gotehardi Abbatisc. an. 1030 erat Meinhardus Monasterii Altaiae inferioris aduocatus. et aetate Regis Hentici IV. c. an. 1060 itidem Meinhardus cum Alcuino aduocatus. puto ab iisdem Meinhardos comites de Rottenecke sibi nomen adiectuisse. M. B. Vol. XI. 20.

Abunsae villae, ubi rivus eiusdem nominis fontes aperit, suumque per aquarum meatum utraque in ripa summae olim nobilitatis castris clarus, haut procul ab urbe Abensberg in Danubium effluit, dominos recensere adgredior. Ad eiusdem riui caput iam Seculo VIII et IX. diues praediorum erat Adalungus (*), haut dubie de Adelungesdorf cum Filio suo Hunungo Presbytero, qui in villa abunsa Ecclesiam S. Michaelis aetate Josephi Epi frisingensis an. 759. aedificarat, (18) et S. Emmeramo haereditatem suam, quam accepit in vico Hronaga in

pago

(15) N. LVIII.

(16) p. 301.

(17) ibidem p. 353. 380.

(*) Apelungesdorf, vulgo Alersdorf proxime Abensberg et Biburg legitimam nomenclaturam nobis ex monumentis prodidit Aventinus vide codices Biburgenses.

(18) Meichelb. P. II. p. 28.

pago Tonahgenui, (19) vbi reliquiae S. Mauritiū cum gloria honorantur, tempestate Gauuibaldi Epi I. Ratisp. circa an. 760 tradidit. Testes: Pofo seu Purso (pater Chunonis comitis de Abunſa) Helmuni, Heripert, Heidfolc, cum reliquis nobilibus vi-ris. Cundalperht Filius Heimwini, Ratapald, Dru-dilo. (20)

Süb eodem Gauuibaldo Epo aquinuit Monas-terium Emmeramense ante an. 735 ab Hugaberto Boioarie Duce curtem Pirchingwang prope Raz-en-houen et Vmbalasdorf, Sedem posthac Radolti pa-latini comitis et Marchionis et Ducis orientalis Boio-ariae, Fitiorumque eius Ratoldi II. et Engilde-onis, (21) et Seculo XI. Babonidum de Abensberg.

Heribertus tradidit S. Emmeramo cum licentia Tassilonis in pago Danubii in vico Hronaga an. 778. Ecclesiam S. Mauritiū, vbi Opinus et Poffo prä-diorum quoque dinites erant. (22)

Adalungo abunsano succeſſit Purso seu Poffo, (*) Pursoni Filias Ghuno comes, qui cum Sindeone et Cundhario proximis suis pariter abunsanam Ecclesi-am dotarunt sub an. 790. (23) Eadem fere aetate Fratres Otperht et Reginperlit cum Filiis suis eidem Ecclesiae haereditatem suam contribuerunt. Testes sunt,

(19) cit. B. Pez T. I P. III p. 81.

(20) ibidem.

(21) Arnoidus Emeram. Libro II. Unamodus ad an 874 p. 242 clad an. 871 p. 208 ap. P. Pez in Anecd. Thes. Tom. I. P. III.

(22) Cod. Trad. Emer. spud c. B. Pez T. I. P. III p. 85. (*) Vellm, meminerit lector caſtri Pofenpenge ad ipsi officia in Aultric, eo, quod frequentissime in Monumentis Boi-cis preeſertim in codd. Ebersberg. ouurrit; fortasse et Pofonium, Pofonium, Presburg, a Luitpoldi maioribus nomen hauſit.

(23) Meichelb. P. II. p. 120.

funt maximae autoritatis, et hoc aeuum perpendentibus, obseruatu dignissimi: Poppo, Reginolf, Adalker, Luitprand Presbyter, Pern Presbyter, Reginpald, Angilperht, Adalperht, Helmperht — Hamadeo Praeses, Sindeo, Cundheri, Rihheri, Amalperht, Ratpald, Adalhart, — Deotperht, Luitperht, Heriolt, Alpolt. (24)

Otpertus Frater Reginberti illustres inter comites recensetur, quos Carolus M., deposito Tassione duce iuri dicundo Boioariis praefecit Ratisponae cum Erchenbaldo, Meginhardo, Albrico, Helmuni, Audulfo, Werenhario, Orendilo, Amalrico, Gotefrido, Kisalhardo et Ellamberto, quibus vicaria potestate rectorem praeposuit Geroldum comitem, cuius posteri in monumentis Altachae inferioris eminete mihi videntur. Reginberti vero genus ill. Euatus adeo illustrauit, ut eius Majoribus nihil addi possit, nisi Reginbertus abbas Abbatiae Mosaburgensis, qui an. 772. Synodo Tingolfinganae interfuit, et Ć L Monachorum praeses cum Albino lipsana S.S. M.M. Castuli et Albani Roma Mosaburgam adulit, utrumque etiamnum maxima cum celebritate et publicis nundinis, illum Mosaburgae, hunc Herigolteshusii veneratur Bagaria. (25)

§. VI.

Villae, celebriores, quae riuum Abunsam a Fontibus suis ad Ostia usque coronant, sunt istae:

Herisuindohusen, Teoruneshusen, Hemmehusen, Phethahae fontes, Sindeoshusen, Rikhareshusen,

24) ibidem. 125.

25) ibidem 153, Concambium Altonis Epi et Reginberti abbatis de territorio S. Castuli. Auent. Annall.

fen, Gundoleshusen, Frickendorf, Phrima, Engilde-
 stetten, Hallesberg, vnde Halletaue nomen a Vulgo
 accepit. Ouwe, Husmanningen, Waldiu, Osterwal-
 de, Haselbach, Tegarimbach. Archintchwenti, (Arn-
 schwandt) S. Albani Sacellum. Herigoiteshusunt. (Hers-
 gerthaus n) an.899. vil a Luitpadi Ducus, et an.1081.
 Chunonis comitis Palatini; Eparaneshusen, Radolts-
 husen, seu Hroadolfeshusen, vulgo Rudelthausen, an.
 1034. pagus et comitatus; Hunilinbach, Steinesdorf seu
 Steinbach; Hiprehtashusa, Wolemoteiha, Lutirin-
 bach, Rottenecke, Vshuten, Empfenbach, Cunthareshu-
 sen, Curtis Regis Ludouici Pti, et Sandolfeshusen, vtrum-
 que in pago Ghelasgopue, Mainburg, Pezeinmos, seu
 Petinmos, Attenhouen, Reginhartshusen, Hoerginau,
 Lubertesdorf, aliud Saceilum S. Albani in Paroe-
 cia Voikofswandt, Grafendorf, Heribertsdorf, Niu-
 uinhuen, Sezbach, Catrum Siesbach, Munihha,
 Munchen Superius et inferius; (inferius erat an.
 1230. Par ecia ad Monasterium Hochenwart per-
 tinens; Eberharteshulen, Gotschalkeshusen, Eoben-
 husen, Puninhart, Mettenbach, Ratoltshouen, Liut-
 kirchen vulgo Lintkirchen, ibi Comitatus Friderici
 comitis Palatini, Cuntpertshouen, Millenhouen,
 Minnenhusen, Wangenbach; Huninbach, nunc Hauns-
 bach, Razenhouen, Elifendorf, Umbalasdorf, Pirichin-
 wang. Abbatisdorf, corrupte Apperstorff, Train, olim
 Hittinburg, Singenburg. Humbrehteshusen, olim ca-
 strum Altinburg, Monasterium S. Petri Monasteriensis
 proxime Suigam, Geisenfretten, Millhusen, aliud Niu-
 uinhuen, Tierinbuch, Kirhdorf, Mantlikirchen Hur-
 libach, Monasterium Biburg, Ozinbach, Filialis Ec-
 cleiae Biburgensis; Adelungesdorf, (26) Abuns-
 berg

26) Vulgo Allersdorf, sed tabulae Biburgenses referunt Adelungesdorf. Gonfer Libr. Trad. Monasterii Biburg. in

berg, (Abusina in Antonini Augusti Itinerario) olim Castrum, post vero Vrbs XXX. turribus in perpetuam Babonis memoriam munita; Ouwenstetten, Owenskouen, Schiren, Arbenhouen, Scambach, Tagartingen, Geckingen (*) Salingostadium, Harlanten, et Sigilingen, vbi Abunfa Danubio miscetur. Conpluribus hisce in locis Monasterium S. Petri praedia et mancipia numerat.

Sine dubio Adelungesdorf propter Abunsam et proxime castrum Abensberg ab illustri comite Adelungo, quem supra produximus, nomen suum accepit, quemadmodum ab Herolto Heriolto Herigolto, (promiscue enim hoc nomen Scriptum extat in codicibus, Herigolteshusen, castrum Comitum Palatinorum, quid quod Luitpoldi, Satoris comitum Schirensum, a Sindeone Sindeoshusen, a Rihherio Rihherishusen, a Frichone Frikendorf, ab Adalhario Adalhareshusen, a Radolto seu Hroadolto et Hroadolso Hroadolfeshusir, corrupte Rudelshauen; a Falkmoro Folkmaresdorf, Villa Chunonis comitis Palatini, a Suarzolfo seu Suarzolh Suarzolfesdorf proxime Tuolbach et Isarecke, villa Mathildis de Razenhouen, a Gamanolfo Gamanolfesdorf, nunc Gamelsdorf, a Maxho Marchbach, a Wolamoto Wolamotesaha, Wolnzah, ab Amalpreht Amal-

Hundii Metrop. S. cum Addit. Gewoldi, et apud eundem Hund. Monum. Monasterii Schamhaupen Edit. I p. 288. Parochia Adelungesdorf an. 1133, idem Tabula Geneal. Auentini XXVIII Dominos de Biburg, et de Adelungesdorf referens.

^{*)} Geckingen antiquissima Parochia translata denique Neostadum ad Danubium, ibidem et in Herisingen (Irsing) et in Pirchelprunne et Turnpuch Monasterium Metten aquisuit decimas. Ita resert Confirmatio antiquissimorum Traditionum Gregorii XM. Papz. B. Vol. XI, p. 449.

Amalprehtisdorfsmünster nunc Engelbrechtsmünster,
a Razonie Razenhauen, ab Helmuni Helmunesdorf,
 vulgi in ore Helmsturf haut procul a Wibestetten
 prope Viehbach Gerzen et Frantenhusen, vbi Eber-
 harhadus de Razenhauen, et Dietmarus Dorenberg di-
 vites agri erant; ab Erphario Erphenbrun nomen ab
 Aribone deductum, a Zoolto Zollingen, et Zooltesdorf,
 Zulsdorf, a Fritilone Fritilingen, a Fatero Faters-
 d'f, ab Opino Opinesaltaha, a Puopin seu Poppo
 Puopinhoua, Pfaffenhouen, a Luipoldo Louibolsin-
 gen ad Aitracham, olim in ditione Comitum de
 Leonsberg et Dorenberg, et Luipoldeshoven, pro-
 pe Gamersheim, a Frigo Frigisinga, a Tagino Te-
 gindorf, a Chiela seu Chela Cheleheim, ab Engilde-
 one seu Ingoldeone Jngoldestat, Jngolstadt, haud
 procul a Luitpoldeshouen, volgo Lippeltshouen,
a Voga Vogaburg, Votburg, Forsan et Vogarius
 et Vogah a Beffone Peffenhausen, a Magino seu
 Meginhart Mainburg oppidum,

§. VII.

Ratoldi et Engildeonis comitum in pago Tonahgevus
ditiones propter riuum Abunsam an 837 — 902.

Nec Ratoldus ille Luitpoldi Senioris comitis,
 enius Ministerium erat ad ostia Ambareæ, proxime
 Abbatiam Mosaburgam in Isaram emanantis, ex illa
 Buati Sententia Filius, qui post Timonem et Friti-
 lonem, comites Palatinos, (27) sub an. 857. co-
 mes Palatii, et an. 863 Ambrichonis Epi Ratisp.
 advocatus audit, (28) nostra in vicinitate peregrini-
 nus

(27) Timo, Comes Palatinus an. 831. Meichelb. P. II p.
 293. Fritilo, Comes Palatinus an. 843, 845 et 854, ibi-
 dem p. 320, 324, 38.

(28) Andr. Brunner Anuall. B. P. II p. 146 ex Annal. fuld.
 ad an. 857, et Hundii M. S. edit. I p. 59.

nus est; villas enim inter eius, posterumque suorum numerantur: Hacinchofen (Haczhouen) Otarpah et Holzhusa, omnes propter Labaram maiorem, et oppidum Rottenburg; (29) Umbalasdorf proxime Sigenburg, Stupingen supra Weltenburg, Pirchinwang, (30) Samutesbach (Sandesbach praepositura Geisenfeldensis) (31) Ellendorf proxime Razenhoven, olim Praepositura Admontensis, (32) Tagartinga prope Abensberg (33) Vitarasdorf seu Witaramesdorf ad Tandorf, Cundalinhouen, Adelungshouen, Berga, nunc Bruckeberga, haut procul a Phetaraha Ergoltingen, et Tuolbach praedia. (34) Desideratur equidem nostris in mappis Geographicis locus Witramsdorf, sed adcolli, et ex Friderici Palatini comitis testamento (35) nobis notissimus, volgo Wittersdorf dictus; Pezeinmos, Paroecia in comitatu Razenhouen, quod praedium Sigifrida, Ratoldi II. Mater ab Aspero Epo Ratisp. circa an. 886. aquisiuit. (36) Monitum te heic volo lectorem, sunt, qui Ratoldum et Razonom nomine Synonyma existimant, vnde Razenhouen, et memorabilium Razonom comitum propago. (*)

§. VIII.

Referrem hanc in rem plura de Dominis Vil-
larum Hrodolfeshusir, Phetaraha, Herigolteshusen,

Votk-

29) Anamodus L. I n. 10, an. 871.

30) ibidem L. I G. 58.

31) Lib. Prob. Emmer. p. 62 an. 879.

32) Anamodus L. I C. 98.

33) ibidem L. II C. II an. 888.

34) Pez cit. Col. 49, et Meichelb. P. II p. 381.

35) M. B. Vol. X. p. 239. 240.

36) Buat T. I. p. 168. —

(*) Meichelb. Buat aliisque, et nomen decurtatum more ma-
torum, Scribitur et Rasso et Rafolt, Hrodolf.

Volkmaresdorf, Berga iam Bruckberg, et Tuolbach, quos codices Frisingenses, (37) et Vrolfus, abbas Altahae inferioris, et an. 805. Episcopus Patauensis in Breuiario suo, (38) quo nihil antiquius, praestantius nihil de boicis eiusdem aei Principibus habemus, nobis subministrant, nisi a cl. Herm. Scholliner, (Magistro et amico meo,) qui Luitpaldi Ducis originem ex Chronico Lunaelacensi et Annalibus Fuldensibus, iuuauiensibus, et Frisingensibus cum binis Ernestis, omnes inter optimates suos Summatibus nuperime contexuit, iis, quae Buatus et Lipowskies de Engildeone coniecerunt, ac quae ego de Herigolto, seu Heriolto, aetate Luitpaldi Ducis Boioariae an. 905 coenobii Altahensis advocate, (39) qui mihi Herolti Aepi Juuauiensis auus Albrici pater, et Luipoldi Ducis Frater videtur, coniicio, certiora ex codicibus Passauiensibus expectarem. Herioltum enim, et Rasoldum seu Ratoltum, Altahae aduocatos, Luitpoldum, Sigehartum, Abbatiae Mofaburgenis advocatum, an. 908, atque Jringum, Cuntpaldum. Meginhardum Comitem Palatinum, Chunibertum, et Helmberitum ditissimos agri in Vicinia Abunsae reperio, vbi Luitpaldum I, Ratoldum, Ratoldique posteros Engildeonem et Ratoldum, Ratoldique posteros Engildeonem et Ratoldum II. monstau, nec dubito, quin Maiores huius Herigolte aduocati fuerint Domini villae Herigolteshusanae, de qua agit Regis Arnolfi Diploma an. 899. (40)

Ratoltum insuper pagi Hroadolfeshusen haeredem autumo, quemadmodum Luitpoldum villae Herigol-

37) apud Meichelb.

38) M. B. Vol. XI. p. 15.

39) ibidem Num. VI in serie Advocatorum p. 19, 129, 131.

40) M. B. Vol. I. p. 351.

rigolteshusen, an. 899 in ministerio Jringi et in comitatu Chuniberti, quam Luitboldus, dilectus Regis Arnolfi comes (et alibi propinquus) rogatus Isangrimi illustris comitis, et Engelberti aquilinum vasallo suo Chioni. Eadem villam Herigoldeshusam Engilmuot in Beneficium habuit, quem patrem Engelmutae Ratoldi de Semta, Praetidis Carinthiae coniugis Suspicor; erant enim posteri Sigehardi Praetidis Noricae Regionis, et autoris castri Ebersbergensis, ac ad Ostia Semtae, et propter Abunsam, Labaram maiorem et Phetraham praediis auitis potentissimi. Sedula Fragmentorum eiusmodi contextione notitiam fortasse eruemus, quid sibi velint perplexa illa verba in concambio Albrici comitis ad Adamunton an. 931 V. kal Jul. Ipse Albricus fuit Arnulfi ducis patruelis, Filius Herolt nuncupatus. (41)

Villae Hrodolfeshusir Domini aetate Tassilonis Ducas erant Meiol; (42) Reginhohus, cuius vxor Lantrata, Filius Herioltus Presbyter an. 778. (43) Heriolt confirmavit traditionem patris Reginhoi au. 821, primus testis est Hrodolt. (44)

An. 938 - 957 Elisendorf proxime Razenhoven et Steinesdorf seu Steinbach prope villam Hrodolfeshusen erant in ditione Eberhardi, sine Dubio Ratoldi comitis de Ebersberg Filii, eo quod Vdalrici comitis de Ebersberg natus Adalpero Praefes Noricae Provinciae comitatum, deposito Etnusto comite, gubernans, eiusdem pagi Hrodolfeshusen an.

41) Adpendin dipl ad Notitias Iuuauiae p. 132.

42) M. B. Vol. XI. p. 15.

43) Meichelb. P. II. p. 60.

44) ibidem p. 222.

an. 1034 Dominus erat; (45) Eberhardus autem, Frater Adalberonis eiusdem omnem illam regionem inter Ilmam, Parram et Labaram maiorem, vbi Santzbach, Pfeffenhusen, et Monasteria Geifeldorf et Kuebach, villaque Eurenbach et Menzenbach, proxime Monasterium Schiren, et ultra Danubium Gamersheim et Luipolteshouen. Praetermitto heic castra et praedia in Austria.

§. IX.

*Qui fit, ut Comites Palatinos Seculis IX. X. et XI.
adeo Frequentes in Villa Publica Tuolbach proxime
Abbatiam S. Castuli Mosaburgam in monumentis
reperiamus?*

Monitum me Herm. Schottiner per Litteras voluit, vt sedulo expedirem, quid Mosaburgam inter ad Vrbem Cileiam et Fluvium Sanam in Stiria, vbi Monasterium S. Adriani, (46) et inter Mosaburgam ad Isaram in Bauaria, vbi S. Castuli Monasterium, ac inter Mosaburgam in Carinthia ad Laeum Werde et vrbem Clagenfurt munitissimum Castrum, quod passim Palatum regium seu Carolomanni Regia audit, intersit, et quid sentirem de Julii Aquilini Caesaris opinione, qui F. Castuli Abbatiam ad Ostia Ambarae in Isaram emanantis. seculo IX. in Stiria floruisse somniat. (47) Haesitabit hac in re etiam ill. Buatus, eamque in medio reliquit. (48)

Vide-

45) Meichb. T. I. p. 230, et P. II. p. 460, 446 an. 956, et Lib. Prob. Emmeram. p. 108 an. 950. in pago Hertinga in comitatu Eberhardi comitis in vila Nuichinga (Neuching.)

46) Appendix dipl. ad Nolit. Iuuau. ad an. 850. p. 16. ad an. 875 p. 17.

47) Annall. Stiriae T. I. 247.

48) Orig. B. D. T I. p. 101.

Viderint alii de Mosaburga S. Castuli in Stiria inferiore: ego Abbatiae S. Castuli ad Isaram in Bauaria, simulque Carolomanni Regiae in Carinthia non nihil lucis praebeo.

Nequaquam equidem negaverim, Luitpoldum, Arnulfi Ducis patrem, tempore Arnulfi Imperatoris Cileiae et Gurkfeldae Finibus praefectum, Lipianis aliquot S. Castuli aras his in terris erigere potuisse; sed id ego non Sinam, non Feram, non patiar, nostratum quemquam omnem D. Castuli abbatiam ex Bavaria ad alpes Cilleias unquam transtulisse.

Vetustissimam post urbem Reginam Mosaburgam regiam Boioarie civitatem, Mallisque publicis claram, et prisca Fama et monumenta Frisingensia et Salisburgensia produnt. S. Virgilium paulisper eiusdem Abbatem ante Reginpertum praefuisse, nec sine ratione, nec absque Tabula existimo; subscriptus enim ante an. 767, quo XVII kal. Jul. Episcopatum Juuanensem adeptus est, Ducis Taiflonis traditionem villae Haselbach vulgo Sixthafelbach ad Ambaram et vetustissimam Paroeciam Pergen, Marchbach, Wanichenbach Schwanahiltdorf, et Vnzikouen pro remedio patris Oatilenis Ducis; testes Virgilius Abbas et Reginpertus; (49) eodem fere more modoque, quo fese Reginpertus Abbas et Sigimot iunior vocatus Abbas Mosaburgensis sub eiusdem Seculi Finem subscriptibere solebant. (50) In Catalogo vetustissimorum Boioarie Monasteriorum, qui aetate S. Virgilii Epi in monasterio S. Petri Juuanii conserbi inceptus est, et cum Raginberto Abbe in Abbatia Mosaburga ad CL. Monachos et

Monia-

49) Meichelb. T. I. P. II. p. 30. Adp. dipl. ad Nolit. Isao. p. 9. 10.

50) Meichelb. P. II. p. 153.

Moniales numerat, Frichun, Sigimot, Sigideo, Starcholf, Timo, Adaluhne, Ratolf, Sigifrit, Elanrat et Egilfrid Locum obtinuere. Sciunt eruditii, quae Locorum et Genealogiae notitia ex velutis eiusmodi tabulis hauriri possit. Accipe igitur ipsam tabulam a P Anselmo Hintler Monasterii S. Petri Salisburgensis Bibliothecario ex anni 1004. apographo Miupto mihi exaratam.

In villa Tuolbach proxime castrum Isarecke, Volkmaresdorf, Engildeosdorf, Peregun, Adelungesdorf, Suarzolfesdorf. Affolrabach, Muren, Wänga et Hasalbach Ottilonis Duris aetate Suarzolli Filius Timo (Comitum Palatinorum Sator) an. 753^s consensu Ducis Tassilonis et cunctorum commorantium urbem Germaniae D. Joanni Baptistae Ecclesiam construxit Actum in villa Toolbach; (51) eadem villa Tuolbach proxime Mosaburgam an. 804. imperante Carolo M. Locus publicus dicitur. (52) Timonis Filius Starcholf in villa Avoitrabach proxime Tuolbach et Maurn et Herigolteshüseni celebris; (53) ignorabant hanc villam Buatus et Michelbeckius, eamque, reclamante tabula, ab Mara et episcopatu Frisingensi ad Ilmam et episcopatum Augustanum transtulerunt.

Regem Ludovicum Pinum regiae Abbatiae S. Capituli propitium supra monistraimus; Filius eius Ludouicus Boioariae Rex, cuius erant villae Sandofeshusun et Cuntereshusun atque Mandeklingon (Manching ad Param prope Ingolstadt) in pago Cherasge,

51) Meichelb. P. I. p. 52.

52) ibidem P. I. p. 100.

53) ibidem P. I. p. 54. Viculus est ad Párechiam Schweizersdorf pertinens.

lasge, (54) usus est an. 831. Timone (55) et an. 843. Fritilone, Palatii comitibus; (56) an. 848. Werinherium comitem et Orientalis Franciae Ducem Testem adhibet, quem Satorem comitum de Semta fuisse monstrabimus (57)

Maior Lux accedit Mosaburgae ad Isaram Tempestate Arnolfi Regis, Carolomanni Filii; audit enim regia ciuitas Mosaburga an. 890; (58) Conflagrante circa hunc annum omni vrbe Ratispona, et a Rege tota nouiter Facta amplificata et aucta; (59) regiam quandoque aulam hac in Mosaburga fixisse constat Regem Arnolsum; quae res fecit, ut frequentius ibidem diplomata exararet, et frequentiores ibidem adeissent Palatini comites, absentibus praesertim regibus, ius cuique dicturi.

In Monasterio S. Castuli et Liutswindam Filium Ernesti, Ducis Boioariae, Regisque Arnolfi matrem ante an. 891. Sepultam coniicio; pro remedio enim animae Carolomanni patris, ceterorumque Regum memoria post obitum matris Liutwindae Waldoni Episcopo Frisingensi, Ludouici Filii sui Pedagogo, Abbatiae Mosaburgensis defensionem conmisit

54) Lib. Prob. Emmerani. p. 47.

55) Michelb. P. II. p. 293.

56) ibidem p. 318. et an. 855. p. 381.

57) Bsat Orig. B. D. Tom. I. p. 104; odpend. dipl. ad Nolit Inuau. p. 15. et 17. an. 869. Catalogus vetustus Episcoporum Salisburg apud Hundium in M. S. edit. Gewolfi T. I. p. 4. Papo quidam a Carinthia per Carolomanum expulsus, confudit Salisburgi.

58) Adua Mosaburg regie ciuitate an. 890. XII. Kal. Apr. hoc in Diplomate et in eius adpendice primus testis est Engeldico Comes. Lib. Prob. Emmerani p. 74-75. 76. et p. 105. adparent Merolt. Engeldico et Pato hac in Vicinia pagorum comites. Chron. Gottuic. T. Prodr. p. 494.

59) Lib. Prob. Emmer. p. 82. 81.

misit an. 895. XIV. kal. Aug. actum Mosabure. (60) Vero accedit Similitudo diplomate eiusdem Regis, quo VII. Idus Martii an. 891 adfirmat Liutswindam matrem tuam bonae memoriae Curtem Ardingen in ripa Fluuioli Senda (Semta) cum iure Legum in beneficium habuisse. (61) concessit Rex eandem curtem Timoni sen Theotmaro Aepo Salisburgensi, quem Dominum Villae Engildiosdorf ad Beregun proxime Tuolbach, et ramum Principum boicorum hoc in pago an. 879. celebrium putamus, (62) qui an. 875. Cellam Raitenhasalal, in qua Hermannus noster condidit Babonem abunsanum, et cellas Gars, Aune et Klemmeseon ad sedem suam vindicatas, (63) et Abbatiam Mosaburg, vbi S. Adrianus requiescit an. 890 confirmatam accepit. (64)

Idem Rex Arnulfus pro remedio animae suae, omniumque parentum suorum Monasterium S. Castuli dotavit terra pascuali a passo et Chuoro usque dum Ambara cadit in Flumen Isaram an. 896, actum Ratispone VI. Non Octob (65)

An. 899 VI. Idus Febr. Luitpoldi Comitis Vasalus Cholo ob interventum Isangrini illustris Comitis et Engilberti a Rege Arnolfo quasdam res iuris sui, quae ad Ministerium Ixingi comitis hactenus pertinebant in Comitatū Chuniberti in Loco Herigoldeshusa aquirit, quas inter est pons Isarae et Ambarae ad Volkmaresdorf et Toulbach confluens. (66)

An.

(60) Meichelb. T. I. P. I. p. 146.

(61) Adpendix ad Notit. Iuuau. p. 115. 16.

(62) ibidem p. 103.

(63) ibidem p. 101. III.

(64) ibidem 112.

(65) Meichelb. P. II p. 405.

(66) M. B. Vol. I. p. 351; eodem anno VI Idus Dec. Arnolt Imp. ehit.

An. 903. Outa, vidua Regis Arnolfi Ecclesiae Frisingensi Veringam (infra Monachium) donat Intercessione Diotmari Aepi — Luitboldi illustris comitis et cari propinqui sui, Sigihardi etiam, cundoldi Isangrimi et Meginhardi comitum. (67)

Eodem anno Ellinratam Concubinam Arnolfi Regis, quam Buatus Ratolti II et Adalonae Filiam autem, (68) cum Filia Ellinrata in villa Ergoltingen haut procul a Witeramsdorf Engilodesdorf et Tuolbach Regis Largitate capella donatam conspicimus. (69)

Meminit insuper Auentinus Diplomatis, anno primo Regis Arnolfi an. 888. kal. Jan. Ratisp. datū, quo Sigihardo comiti de Sempta, consanguineo suo, et advocato Abbatiae Mosaburgeusis Pergen tradit; (70) Vbi situm erat illud Pergen eo, quod isthac auentinianum Diploma me latet, nemo Facile divinauerit; Fortasse erat illud toties a Regibus permutatum Monasterium Berga, nunc Haindlingberga, quod nuper ex tenebris eruit praecl. Vir, Romanus Zirngibl; (*) Constat enim, Monasterium Pergam in Tunocgonne a Vuolcanardo abate, qui Synodo Tingolfinganae an. 772 interfuit, esse fundatum. Ebersbergenium autem Comitum Familia Sunchingen

gen

67) Meichelb. P. I. 151.

68 Orig. B. D. T. I. p. 166. Confer Anamodus L. I. p. 242. ad an. 874.

69) Lib. Prob. Emmer. p. 98. 99.

70) Avent. Tab. XIII. de Comitibus de Sempta, et Lib. Prob. Emmer. p. 103. sub Contado I. Rege an. 911 — 919.

(*) Geschichte der Probstei Hainspach, München, 1802. Anamodus nuncupat Haindlingam Hahilingam; inde coniaturam cepi, quod ibidem fortasse genus illustre Hahhi-

gen (Sinching) Santesbach ad Laberam maiorem et minorem suas inter ditiones numerabat.

An. 1019. Cœnobium Berga erat in comitatu Adalberti comitis. (71) An 1040. Asilbero de Perga in Litteris confirmationis Monasterii Geisenfeldensis. (72) Cœnobium autem Peringen ad Laberam maiorem proxime Schirlingen Comites de Röningen et Mosaburg, ex parte comitum Ebersbergensem haeredes, circa an. 1140 restituerunt.

Quum igitur summi Boioariae Principes, partim orientalis Franciae Marchiones, partim Carinthiae Praesides et Duces, nec non palatini comites auitas late circum Mosaburgum ad Iaram villas possiderent, nemo prudens Abbatiam S. Caftuli in Celeiae regionem aut Carinthiam transferet, sed Carinthiae potius Praesides, quos inter et Babonis, Abunsani Comitis, maiores et posteri recensentur, hoc ex celeberrimo Boioariae pago a rebus gerendis frequentius constitutos ex monumentis boicis cognoscet.

Indigestam hanc antiquitatum molem Lectori euigilato per triginta annos in opere meo, quod de

Jingorum, Agilolfingis, Taganis, Drozzis &c coenum, et ex legibus Baiuvariorum notum, sedem fixerit. Licit mihi, quemadmodum illi Buato de Kofis, de Hanhilingorum Originibus non nihil divina e.

71) Heiberger in Ichnogr. Chron. Babenh. dipl. P. I. p. 119. et p. 80. 81. 46. ad an. 816 Sigehardus ibidem Abbas; hic pertinent quoque Apollonius et Richbaldus actate Ludouici Pir Abbates, Lib. Prob. Emmer. p. 19. 21. 22. 23. 24. quos cum Sigismoto seu Sigundo et Sigifrido Cl. Rom. Ziringibel prudenter ex Abbatum Emmeramensium Catalogo expungit.

72) Hund. M. s. edit. I. p. 219.

de vetustissimo S. Castuli Monasterio Mosaburga mo-
lier, additis situum et inlustrium Familiarum tabel-
lis, adcuratius disponam.

§. X.

*Aetas Arnolfi I. Baioariorum Ducis, eiusque Filio-
rum Arnolfi II. Conditoris Castrri Schirensis,
Eberhardii E.*

Post Ludovicum Regem, Carolidum ultimum,
an. 911 clientelam Monasterii suscepit Luitpaldi
Ducis Filius, Arnulfus; Licet enim ex anonymi
monasteriensis Monachi criminatione (73) optimus
fortissimusque Pater Patriae Arnulfus, eo quod
fanetiora Patriae iura iuribus Monasteriorum esse du-
xit, nequaque malus audiat, reusque Sacrilegii
et repetundarum agatnr, quum pro Patriae Libertate
dignitateque augustae boicae domus conservanda
auitam haereditatem, expulso adtonsoque Tassilone
Duce, a Carolo M. eiusque posteris, Episcoporum
que Mensis condonatam postliminio sibi vindicaret
et propinquis, ac militibus suis, focos et aras no-
nios contra boicae terrae adfectatores strenue tuen-
tibus, dispergiret; manifeste tamen de Theristae hu-
ius maladictissimi assertione liquet, Monasterium
nostrum, quemadmodum Altaham inferiorem (74)
Mosaburgam, (75) Tegariseon, Buram, isanam, Scef-
tilari

73) Annis sub numero Domini Septingentique decemque Lu-
stra ierant, sed mox fit Solitudo iterum Princeps Arn-
ulfus siquidem Bauarorum, agitatus Eumenidum furis,
in Cinerem redigit. Vlrix illico quem Nemesis sequitur,
meritamque Persoluit poenam, Sylla velut moriens.
Anonym. Monasterii S. Petri apud cit. Gretserum.

74) M. B. Vol. XI. in Serie aduocatorum p. 19.

75) Meichelb. P. II. p. 429. Cuno Chorepiscopus Dominus
Abbatiae Mosaburg remisit eandem Dracholfo Episco-

tilari Weltenburgam & iure supremae aduocatiae, a Maioribus suis acceptae in Arnolfi Ducis potestatem venisse, et apud eiusdem posteros permansisse.

Heic Lectotem admonendum existimo, in memoriam ut revocet fata, calamitatesque Filiorum, nepotumque Arnolfi Ducis post obitum eius an. 937, statum praesertim castri Schirenfis, (76) durante cum Regibus Ottone I et II an. 954 et 976 discordia, quum rerum suarum fatagerent, Ducatumque paternum iure haereditario et præsca lege boica sibi debitum, sumtis crebrius contra Reges armis, in Libertatem vindicare niterentur; nomine rebellium aut sub iugum missi, aut in exilium acti regiae invidiae ac potentiae victas manus dare coacti sunt, translata an. 978 ad Hartwicum, comitem de Salzgowe Seon et Burghusen, eiusque Fratris Aribonis progeniem dignitate comitis Palatini ac tutela Episcopatum et monasteriorum; sub his enim hoc aevo titulis eorum potissimum memoria recurrunt, et euaneantur.

S. XI.

Ex domesticis quoque Monasterii nostri prædiis, Seruis, ac redditibus ad Castrum Schiren, et
in

po, Arnolfo Duce hanc complacitationem ratam habente. Confirmat haec Charta vastationem Monasteriorum eo tempore in Bauaria factam. An 940. Perhtoldus Dux, frater Arnolfi Tutor erat Abbatiae Mofeburg. V Diploma Ottonis I. Regis. Meichelb. T. I. R. I. p. 171.
 76) Principes Schirenenses — multa contra Deum mala commiserant; unde a S. Oudalrico (an. 955) et S. Wolfgango (an. 976.) in excommunicationem tam ipsi, quam castrum Schyrense et omnia eius attinentia incident. Conradus Schirenensis p. 395. Porro terra eius (Peretoldi Arnolfi II. filii, Domini villae Witschilburg in

in Schirenenium Comitum ditionibus, (77) quibus S. Petri Canoniam Seculo X et XI locupletatam, in codice nostro legimus, patet, Coeanobium isthac a Luitpolti Maioribus esse antiquitus fundatum, a Comitibus itidem Schirensibus dote auctum, atque ab eorundem posteris et propinquis auita ex haereditate in clientelam receptum.

Nec minus Ministeriales, militesque Comitum de Schiren, de Vogaburg, de Cheleheim, de Abensberg, de Razenhauen, de Sigenburg &c, qui hoc in condonationum Libro tam benefici, quam beneficorum testes adlegantur, conditores et reparatores huius Monasterii produnt; praediorum enim traditores eiusdem aetatis more ex cognatis aut agnatis eligi solebant; Solennis itaque ipsis eiusmodi cautio, vbius in donationibus obvia: "Quodsi aliquis pactum mutare, et admibilare voluerit, proximus consanguineus noster, vel nostrae possessionis legitimus haeres vntum solidum ad altare B. Petri per solvat, et omnia praescripta bona in suam contrahat potestate." (78)

§. XII.

pago Tunkau „et castelli Riesenburg in Suevia“ in fiscum redacta, partim a Rege inter ecclesias diuila, partim heredibus cum castro Schirensi relata, aeterno anathemati ab episcopis abdicata suisse traditur. Otto Friesing L. IV. C. 3.

(77) L. Trad. S. Petri Monast. N. LIII., ad Schirun LXIII. mancipia; ad Herinpach L.; ad Gerolaspabi; confer N. X.

(78) Ita Hermanni Marchionis Orientalis Franciae Litterae fundationis Monasterii Banz an. 1071. datae. Hundii Stemmatogr. P. I. in fine. Voheburgensisibus comitibus hunc Marchionem adnumerant Io. Paulus Reinhart, et Io. Adolf. Schultes in ihren Beiträgen zu Historie Frankenlands, Bayreuth bei Johann Andr. Lübeck's Erben, 1792 gr. 8. Successit Hermanus Gebhardo an. 1015 comiti in Banz gouue.

§. XII

Sepulchra denique ac Parentalia Filiorum celeberrimi Babonis comitis de Schiren, heic loci humo mandatorum, seriem Schirensum Principum Secculi XI iniuria interruptam mancis Annalibus boicis reddunt; quos inter chartulae nostrae Eberhardtum I. de Razenhoven, coenobii Geilenfeldensis advocationem, producunt. (79) quem Auentinus membranarum nescius nostrarum cum Mathilda coniuge et Filio Eberardo II, pariter ibidem advocatione, in Parthenione Geilenfeldensi perperam condidit. (80)

Frater quoque Eberhardi I. de Razenhoven, Altmannus I. de Sigenburg, quem cum coniuge sua Wezila et Filiis Altmanno II. ac Henrico Sigenburgensi Prospice ex codice nostro primus restituo, heic fitus est; (81) haut dubie et Aribus comes, (82) advocationis Canoniae nostrae in vicem cum Altmanno I. (83) quem itidem Eberhardi I. et Altmanni I. Fratrem Euille auguror.

Quae quum ita se habent, mirum foret, nisi idem auctor Schirensum Principum tumulus recondisset exnuias quoque Baboni abundanti comitis, sub an. 1037 aduocati Claustris Geilenfeldensis. (84) et Abensbergensem Comitum Satoris, quem ipsemet Hermannus noster Scholliner Fratrem

Otto-

79) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LXIX † an. 1097.

80) Auent. Tab. XXIX de Comitibus de Abensberg et Razenhoven.

81) L. Trad. S. Petri Monast. N. LXIV et N. LXVIII † c. an. 1094.

82) M. B. Vol. XII p. 327. Hund. M. S. edit. I p. 210; et L. Trad. S. Petri N. N. XIX. XLVII. LII. LIV. LV.

83) ibidem N. XLVII. LIV.

84) M. B. Vol. XIV p. 186, N. XIII et XIV.

Ottonis I Schirensis cum Auentino agnoscit. Id, ut mihi persuadet, suadent conplura Vetustatis exempla, Bertholdi imprimis, Fratris Arnolfi I, Ducis, Filiique Bertholdi, Henrici Minoris, Ducis Carinthiae, qui ambo eidem Tumulo in Monasterio Altaha inferiore inferri sese curabant, coenobio nostro eo Tempore aut euerso aut modum restituto. Bertholdnm autem hunc eundem Paponem comitem fuisse suspicor, qui in Pago Tuonchgouue (Tunkau) suum administrabat an. 898 comitatum, (85) in quo erant villae Strupinga (Straubing) Wischilinburg Herigisinga Aiterhouen, Pu chilinga; quae inde erui possunt, suo in Loco contra Buati sententiam perpendam.

Nec nos latet ex more huius aeui raro interrupta augustae huius gentis in fundato a se paulo post Monasterio Schirensi suorum, patrum, Filiorum, nepotumque Sepultura; de Arnoldi enim comitis Schirensis et Dachapiensis stirpis propagatoris progenie Conradi Chronicorum hunc in modum refert: Et idem Conradus apud Schyren in Sepulcro patris et atavi et proavi Sepultus est. (86)

Hunc in modum Aribonis Comitis Palatini posteri Seculo XI. in Monasterio Seonenfi sepulti recensentur. (87)

Aventinus Babonem abensanum comitem Ratisponae in S. Emmerami Basilica tumulatum tradit, sed vide, cui absque Tabula et teste fidas, quum filii Babonis, Eberhardi monumentum ignorarat.

Caput

85) M. B. Vol. XI p. 127.

86) M. B. Vol. X p. 392.

87) M. B. Vol. II p. 162.

CAPUT II.

*Aetas et obitus Babonis Comitis, Patris XXX.
Filiorum.*

§. I.

Dicamne, quod sentio de boico isthoc Principe, ac Summae germanicae Nobilitatis decantato Satore, ipsi cl. Hermanno Scholliner, qui selectissimum inter Bibliothecarum auxilia impedito hoc in argumendo expediendo consenuit, non nisi ex Conradi I Aepi Salisburgensis Biographi, et ex Necrologii weltenburgensis Testimoniis et Tabulis noto? Academia quidem Scientiarum boica nostrates, et exterios crebrius invitabat ad hanc inquisitionem nec ex imis quemquam subselliis a Spffraglis arcebatur, acerbitatatem tamen veterani recentium Scriptorum censoris Hermanni, cuius merita litteraria me nemo maiorem in modum reuereri, admirarique poterit, Fataque C. F. Schoepfi, et B. Ganseri, Sententiae illius contrituros, extimescebam; vtrumque enim veluti Maronis Antellus Daretem, Caesta elumbem ex arena eiecit, neque subiecti, humoque mandati Sodalis manibus pepercit in Stemmatographia comitum de Bogen. (1) Tentabo tamen, Schoepfio et Gansero modestior, moreque Socrati et Gottholdo Ephraimo Lessingo in maioris longe momenti argumendo solenni, socia et amica opera mea de ~~reitate~~. obitique Babonis dubia proponam, mediis in tenebris aequo iudici viam fortasse regiam monstratura. Tu, quisquis istud leges, vel me monere hoc vel percontari putas; nolo enim, pacis amans,

(1) Nene hist. Abb. der B. Akad. der Wissensch. IV Band
München, 1792.

amans, εν Φρεατι κυρι μαχεσθαι Ευτραπελιας,
Tritique Terentiani non immemor: Incerta haec si
tu postules, ratione certa facere; nihil plus ages,
quam si des operam, ut cum ratione insanias.

§. II.

Et ingeniose et adcommode oculatissimus antiquitatum inuestigator Hermannus noster Babonem, Schitensem Principem, ac Regis Henrici II. consanguineum, cuius Filii non Bauariam solum et Carinthiam, verum etiam orientalem et Rheni Franciam (*) occuparant, angustas inter abunsani rivuli ripas, castrique Abensbergensis incenia claudi non sinit, ac eidem partim in pago Rotahganue haut procul ab Ehringen, Frauenstein, Hagensau, Asbach et Reichersberg, partim in pago Zidlatengouue, seu comitatu Walda, in quo sita est cella Reitenhaslac, quae non sine grauissima ratione in primis Babonis, Filiorum que eius memoriam suis in monumentis tam sedulo nobis conseruavit; praecipue autem in pago Chymengouue, in quo curtis Riute seu Vogtareut propè Oenam, et Castellum Burgili, seu Seunam cellam, ex emmeramensibus tabulis an. 1021 comitatum suum adsignat; (2) reperimus enim his in pagis potentes Babonis Maiores et Poteros, imprimis Ribiae Feminae nobilissimae ditiones ab Arnolfo Duce an. 924 confirmatas et magnopere auctas tum Arnelsingenae Judithae, Filiique eius Henrici Ducis possessionem

an

- * Vnde plerique Nobilium Nariscorum, Vindelicorum, Noricorum, Charinorum, Boiorum, Francorum Rhenensem genus trahere, autores sunt. Auentini Annall. L. V.
- 2) Diploma imp. Henrici II datum Colonie an. 1021 V Non. Jul. Libr. Prob. Emer. p. 433 N. LIV.
- *) Codex dipl. Iuuau. p. 145.

an 959; (3) Cunoris conitis Palatini, Monasterii Rotae conditoris, patrem et atum, utrumque Popponem dictum; (4) ac h nili quoque conjecturis conjecturam addere liceat, Arniulfo comites Vogaburgenses, (5) a Buato comites in pago Sundargouue nuncupatos (**)

Quum autem Hermannus in Tabula sua chrologica, quam basim Systematis sui operi praefiantissimo praesixit, (6) Babonem an. 950 natum, an. 1015 Filios Regi Henrico II. praesentasse, et an. 1020 vita functum statuit, ac inter comites de Bogen Ascuino, Seniori de Eringa, an. 1007 iam comiti, (7) Babonem an. 1021 comitem in pago Chymengouue (8) patrem adsignat, fratremque Hartuicil, Ascuinum hunc fuisse autem, (9) reliquos Babonis ex Lumbis ortos Filios omnino neglexisse mihi videtur; illustrium enim comitum de Bogen Satorem stabiliturus, reiecut a communi Babonis sibi e ones et singulos Filios, anonymo vitae conradiuae Scriptori reitenhasiacensi, Arenbeckio et Aventino multo notiores.

In

2) ibidem p. 110.

4) M. B. Vol. I. p. 348.

5) L. prob. Emer. p. 119 an. 980, et M. B. Vol. I p. 353 ad an. 1073

**) Primos Canoniz Aldersbacensis fundatores eruit Hundius in Metropoli Salisb Bernhardum et filios eius Rupertum et Cadalholum ad an. 1050; Cenus autem eorum nescit; ego quidem in rem praetentum suspicor, eundem Bernhardum patrem etiam extulit Domini Wernerii, Monasterii Reichsbergensis an. 1084 Conditoris, & in agro Carinthiaco potentissimi; testium et adiutorum Monasteriorum Aldersbacensis, Alpacensis, Osterhouenensis, aliae que notitia Concluditur in confinavit.

6) Neue B. Abh. IV Band pag. IX.

7) ibidem p. 116.

8) ibidem p. 12. 13.

9) ibidem Tab. B.

In Babonidum igitur commune ut consulam,
retrograda in Babonis patris aetate eruenda metho-
do utar, et a cognitis et conpertis eiusdem Filii
ad minus exploratos, ac denique ad Vitae condi-
tionem obtiumque ipsius Babonis recurram, vitae
Conradi Aepi Scriptoris observantissimus, minusque
Solicitus da Ascuino Seniore, an. 1007 in pago
Rotagouue, et in comitatu Herolti comitis obuio,
quam pto Ascuino iuniore, teste aventino, Babo-
nis Filio,

§. III.

Mortem obiit certissimus Babonis ex filio ne-
pos, Conradus I. Aepus Salisburgensis, Gebehardo,
comiti Abensbergensi Synchronus, et ne quid diffi-
cilem, autore Hundio, senex ac plenus dierum VI.
Id. Apt. an. 1147. (10) Adolescens Regis Henrici IV.
erat capellanus, in aula exosus, a Fratribus Wol-
framio II, et Ottone, Comitibus de Abinberg in veteri
Francia orientali paterna et materna haereditate
spoliatus Archiepiscopus iuuauiensis, deposito a Re-
ge Henrico V. Bertholdo, nobilissimi Principis Bure-
hardi comitis de Mosaburga fratre, (11) electus est
an. 1106, die conversionis S. Pauli. (*)

Wol-

(10) Necrol. Salish. in M. B. Vol. XIV. p. 379. Confer
Chron. Admontense apud Hier. Fez T. II Script. rer.
Austr. ad an. 1106, p. 82. Adscivit sibi in Archiepiscopatu Successorem propinquum Eberhardum de Biburg
et Hilipstein.

(11) Auentinus ad an. 1076 de R. Henrico IV haec: „; No-
ricum Juauense Burchado et Bercholdo, Fratribus a
Mosburg oriundis, commitit, inferiorem Boloariam ad
utramque Danubii ripam, et quatenus Boemias contin-
uatur Friderico et Ascuino a Bogen, filius Hartuici,
commendat.

(*) Chron. admontense ad an. 1106, res eius gestas ingenue
refert.

Wolframus I pater conradi Aepi, et frater eius Otto I. an. 1071 Hermanni Marchionis Orientalis Franciae Litteras Foundationis Monasterii Banzenis subscribebant cum pluribus illustribus testibns, haut dubie ad Babonis nostri Familiam pertinentibus. (12) Conradi Aepi mater erat Soror Henrici Burggrauii Ratisponensis, (13) et soror coniugis aut Bertholdi, (14) aut Henrici, Comitum de Lechesgemuende, qui ambo an 1078 a partibus Regis Henrici IV adversus Rudolsum Regem a Saxonibus intrusum stantes, in primo paelio VII Id, Aug. occubuerunt.

§. IV.

Eadem ratione, qua Auentinus Wolfmanum I. de Abenberg an. 1080, (15) Wezilonem de Freudenberg, Dietmarum de Dornberg, Ascuinum de Bogen &c. Filios Fabonis, nescio, quibus ex tabulis, in Annales suos retulit, retulit quoque Filium Eberhardum I de Razenhoven, (16) et quidem perseueranter patris Successorem comitatusque abensani haeredem. Annum obitus Eberhardi I monimenta Coenobii Geisenfeldensis, et S. Petri Monasteriensis 1097 subpeditant. (17) Eadem dicta sunt
de

Bertoldus Aepus Salisb. interfuit comitiis Ratisponensis an 1104. XVIII. Kal. febr. restituta Charta Hermanui, Epi Augustani, quam in appendice ineditam hactenus producam

(12) Hund. Stemmat. P. I. p. vet.

(13) Annal. Saxo, frater eius Otto Episc. Ratisb. obiit an. 1089.

(14) Bertholdus comes de Greisbach floruit an. 1065 et an. 1057, Falkenft. Cod. dipl. antiqu. Nordg. p. 29. 27.

(15) Auent. Tab. Geneal. XXIX.

(16) ibidem Tabb. XXIX. XXXV. XXII.

(17) L. Trad. S. Petri Monast. N. LXIX.

de morte Altmanni I de Sigenburg, Fratris Eberhardi I, qui viuere desit an. 1094.

§. V.

Nec alia ac istos aetas tulit Dietmarum seu Timonem de Dornberg, Fundatorem Coenobii Elsenbacensis ad Flunium Rotam, patrem Ougonis, et Sigefridū, Episcopū augustanū. a Rege Henrico post obitum Ambriconis an. 1077 intrusum. Intervit autem Dietmarus de Dornberg cum Reginhardo priuigno suo testibus, quum Gebhardus Aepus Salisb. an. 1074, Monasterium Admontense dotaret. (18)

§. VI.

Quid quod ipse Hermannus Sententiae nostrae accedit, quum setatem Germanorum Fratrum Ascuini sui Senioris, an 1007 iam comitis, ad an. 1050, et Hartuici I. ad an. 1074, vitamque Irmengardis Babonis coniugis ad an. 1050 in Tabula sua 8 procastinat.

Ascuinus itaque Senior Hermannianus aut ex W. Lazii Sententia erat Frater Babonis nostri, (19) aut teste Auentino, Frater Burggraui Ratisp. Ruperti, (20) aut alias Baboni Sanguine iunctus, per quem comitatus in pago Zidlaren ad Comites de Bogen devolutus est. Catissimus Buatus Rupertum, urbis ratisp. Praefectum, propter arctiorem Sanguinis nemum cum Babonidis Babonis Abunsani Filium pernegat;

(18) Ad pend. dipl. ad Nocit. iuuau. p. 262 M. B. Vol. II. p. 289 et Vol. V p. 237. W. Lazius Lib. VII p. 397 sed oppido confuse et mendose ad exemplum Tabulae auentinianae XXV.

(19) VII. Band der B. Akh Tab. V ad pag. 80.

(20) Auent. Tab. XXI.

negat; cur ego non expungam Ascuinum auentianum Fratrem Ruperti intempestiuum ex nostri Babonis Filii? Producam autem ex diplomate Ottonis II. Regis ignotum hactenus quendam magnas dignitatis Ascuinum Pershtoldi et Chunigundis, ex monumentis etiam emmeramenibus notae, Filium an. 978, durante bello Ducis Henrici Rixoni, Principumque Boioariae contra Regem Ottonem II, imperialis maleficiis reum, Legum, Judiciorumque definitio dampnum, et vita, lege, praediisque omnibus in prouincia etiam Carentana privatum. (*) Sed de hoc Ascuino sub fine huins operis redibit Sermo.

§. VII.

Nihil dicam de vi, ab Hermanno Aventini Tabulae genealogicae de comitibus Schirensibus hunc in modum inlata: „vt autem rem altius repetam, Ottonis Ducis tritaus (lege Atauus) Berchtoldus, praefectus praetorio Boiariae (comes palatinus) curator templi Fruxinorum, (Fringensis) Filius Arnolphi (Secundi) primi Schirotorum Dynastae, qui auctor originis et cognominis, nepos arnulfi reguli summi (Ducis) Boiorum -- Huius (Bertholdi) Filius Babo (heic omnino legendum: Hic Bertholdus, qui et Babo) Babonem ab Abensberg, patriae meae regulum, et Ottonem pri-
mum progenuit.“ (21)

Mallem enim uero cuius Aventini sententiae aut addere, aut demere quicquam, quam inextricabili in hoc tot Bertholdorum, Peretoldorum, Babonum, Wernerorum, Werinhariorum, Berinhariorum, Bennonum,

Wein-

*) Ios. Resch in Annal. Sabioneuf. T. II. p. 630. et E.
Pez Thes. Anecd. T. I. P. III. p. 106.

(21) IV Band der B. Abhandl. p. 4 et 9.

Wesinhardorum, Wezilenum, Pezillerum, Pertolforum, Pernolform, Pernoldorum, Pernonum, Perchkozorum, Popponum, Pauonum, Fraponum, et Faponum Labyrintho, ab Auentino, cui Singulos personae nihil antiquius erat, toties in incudem resumtorum, quenquam immutare.

Edidit ante Aventinus, quam Annales suos edendos curabat, vernacula lingua Stemma Babonis Comitis framet a Typographi erroribus manu purgatum; (22) in hoc Legimus: „Auch dieses egenständten Babonis Vrene herr Arnulph der erste Greff von Scheirn ein Sune Herzog Arnulphs in Bairn vnd Kernten, ist gewesen ein Bruder Frauen Judithe Herzogin in Bairn vnd Keruten, so des obbestimmten heiligen Kaiser Henrichs Anfiau gewesen ist.“

Arnolffum II, Babonis de Abensberg proauum, ubiis sibi constans, Auentinus adstruit: (23) quare ratione, quibusne ex tabulis adeo confidenter, conpertum ego non habeo, nec pro certa et indubitate eins notitie heic litigo; premi tamen nimis Seculo X. Schirensium comitum aetatem et Successionem puto; si Hermannus an 930 Babonem abunsum natum existimat, Arnolfo II. suo eius, an. 954. et Bertholdo patre eiusdem Babonis an. 982 viribus integris in vita superstibus, ac utrisque, altero in domestico, altero externo in praelio acriter pugnante, occisis,

§. VIII.

(22) Gedruckt zu Nürnberg durch Friderich Pervus anno 1522 in fol. antiquo; eiusdem deutsche Chronik VII Buch 744 Bl. Frankf. Ausl. 1622, und im V B. p. 647. 687.

(23) Auent. Annall. L. VII p. 653. Avent. d. Chron. Tab. XIX.

§. VIII.

Que quum ita se habent, Viti Arenbeckii Sententia, neque Conradi Aepi Biographo, neque Auentino (24) aduersa, stat facta ac tecta: Babonenem comitem Filios suos iam adultos nequaquam Regi Henrico II, consanguineo suo. an. 1015, sed Regis Conrad Filio, Henrico III, quem Nigrum vocant, produxisse; Babonemque non an 1020, sed multo proiectiore aetate mortem obiisse.

Subiulit iam W. Huedio, (25) sibimet ipse repugnantem, dormitasse Auentinum; eoque in Tabula XIX, quae comitum Schirensium auos et nepotes exhibet, eundem Babonem II, Babonis I., an. 995 advocati Fisingensis Filium, inter principes Boioariae viros primum testem ex fundationis Monasterii Geisenfeldenis litteris, an. 1037 datis, in vita superstitem produxerat. Testes huius fundationis et Dotacionis: „Babo comes de Scheirn, Viricus Marchio, Adalbero Marchio, Odaker Frater eius, Babo, Engeldie, Arbo, Magonus, Huch, Ottolff. Chuno de Vochburg, Wernherus de Gena, Gotescaleus de Marchbach, Wernher de Prunn, Gerungus de Linendorf. Haec ad an. 1037. Et postquam Monialibus permisum pro libitu eligendi sibi advocatione, elegerunt agnatum Fundatoris, comitem Hartwicum. (*) Confirmavit haec omnia Henricus

(24) Auent. In Annall. Schirens. a Stephano eiusdem Monasterii Abbatte an 1623 editis p. 272. „Conradus Episcopus Salisburgensis, Nepos Babonis Comitis de Abenperg, qui triginta filios Legitimos viuentes ad Heinricum tertium deduxit.“

(25) Hundii Stemmatol. P. I. p. 1, et Metrop. Salisb. edite I p. 219; Confer M. B. Vol. XIV p. 274. 18^o.

(*) Mea quidam opinione de Bogen, Babonis Abuusani filium, eo quod hoc an. 1040 obiit pater,

ricus III, Imperator an. 1040. Testes confirmationis:
 Vlricus Marchio, auunculus Imperatoris. Comes
 Wergandus de Mosbach, (**) Chuno de Eschelbach,
 Erchingerus de Scambach, Hartwicus de Pergho-
 uen. Wezel de Lintah, Adalbero de Perg, Mago-
 nus de Frickendorf, Dietmarus de Afinekouen. Ru-
 pertus de Opernhausen, Chuno Filius Poponis,
 Thiemo de Vmbelstorf, Vdascalens de Clyendorf,
 Greimoldus de Mietansperg, Erbo de Munster.

Eiamli seuerō Monumentorum boicorum Censo-
 ri cuidam, D. Jo. Sal Semlero, concedamus, haec ex
 Hundio testium fragmenta esse subreptitia, ac ebers-
 bergenibus ex codicibus a recentiore manu compi-
 lata (hoc enim vir doctissimus, monumentis
 Monasterii Geisenfeldensis nondum editis, autuma-
 bat) (26); sub Gerbirga tamen Abbatissa Babonem
 Geisenfeldensis Parthenionis Aduocatum Synchro-
 num Eberhardo Abbatii Weltenburgenii, cuius post
 obitum obitus quoque Babonis Comitis insertus legi-
 tur, iterum iterumque reperimus hunc in modum: “
 Cyclus Anni MLIII. III. Non. Martii Eberhardus Ab-
 bas. Pabo Comes cum XXX Filiis VII. Filiabus. (27)

Eberhardus ille Abbas aequaeius est Rudpertus
 Praefidi seu Burggraui Ratisb. et Engilmaro, ad-
 uocato weltenburgenii. (28)

Ne-

(**) Proxim Murach in Nordgouia, et haud procul a Do-
 mino Leukenberg (vulgo Leuchtenberg) unde perpetua
 opinio apud Montiales geisenfeldenses increbuit, comites
 de murach suos esse fundatores

26) Joh. Sal. Semler's histor. Abhandl. über einige Gegen-
 stände der mittlern Zeit. Dessau und Leipzig 8. 1782 p.
 75.

27) M. B. Vol. XII p. 477.

28) ibidem p. 322. 320. 321. 319.

Necrologium emmeramense antiquis obitum Babonis comitis ad II Nonas Martii refert, quem protinus sequitur Sigefridus, Abbas Tegernseensis, quem anno circ. 1060 obiisse constat. (29)

S. IX

Post Babonem quidam Hartuicus, agnatus Eberhardi comitis de Sempta, aduocatum egit Geisenfeldensem; (30) Hartuico egem in munere subcessit Eberhardus I, de Rzenbouch c. an. 1060; Eberhardo I, Eberhardus II, Filius (31) Eberhardo II, aut ab Henrico IV, Imperatore ad aliora promoto, aut intestinis in praelitis occiso, aut, gravissante an. 1099, peste, defuneto, tutela eiusdem Monasterii, quemadmodum aliorum Boioariæ Coenobiorum ad Fratris Babonis progeniem, et primo quidem ad Ekehardi et Richardis Filium, Ottōnem Seniorem, Comitem Palatinum, et Castris Chelheimensis, Katpotone comite, Elisabethae Palatinæ marito, an. 1099 tumulato, Dominum. (32)

S. X.

Agnatio Hartuici cum comitibus de Ebersberg, ac Tutela Geisenfeldensis Parthenii Wezilensem (*) c. an. 1020, comitem Palatinum, maritum Willi-

(29) M. B. Vol. XIV p. 372.

(30) ibidem p. 182; eodem iere tempore Hartwicus quidam erat aduocatus Coenobii Weltenburg. M. B. Vol. XIII. p. 318. 313. 312. 311.

(31) M. B. Vol. XIV p. 192.

(32) ibidem p. 220. 205.

(*) Ex Dithmari Lib. V. ad an. 1002 constat. Wicelinus et Werinherum eundem significare. Wicelinus enim Episcopus Argentoratensis apud Dithmarum et Lambertum Schäfnaburgensem, aliasque Werinherus audit, et in Chronico Augustensi Werinarius. Eandem nomenclaturam promiscue prodit Wezel Aepus Magdeburgensis, modo Werinherus modo Betschardus dictus ad an. 1073

Willibiriae, quae Soror erat Eberhardi comitis de Semta, nobis fortasse prodet, quis fuerit. Tradidit enim vidua eius (eadem Willibirga) praedium Solari cum fundo Ecclesiae et Silva et mancipiis IX molendino et pratis, ac omnibus, quae ipsa ibi haereditario iure possedit. (33)

Solaren autem Paroecia ad Scamaham haut procul a nemore Koeschingaho et a Monasterio Scamhaupen, castroque Altmanstein, quod Ecclesiae matricis Solaren Filialis ast, sita erat in Abensbergensium comitum ditione. Posthac eadem Paroecia Solaren, nescio qua permutatione ad S. Emmerami Monasterium pervenit (*) Perpendenda etiam est Williburga illa de Chelesgau, quam producit Paricius ex Tabulis Monasterii Ratisponensis, quod inferius vocant, illustribus Boioarie matronis fundati; epocha 918 perperam a compilante est posita, p. 190 Edit II.

Condonationes insuper Willibiriae ad Ilmam in Eschilbach, Eurenbach (**) Rikartshouen minor Güntramsriede, proxime Parochiam meam Ror et Gambach, ac Ernestsgaden, quibus Wezilo seu Wernberus primus testis adfuit, has ad notitias feruiunt; iisdem enim in Locis etiam canonica S. Petri Monasteriensis praediis dotata fuerat.

Suc-

(*) Lib. Probat. Mansol. p. 191 ecclesiae Lauterbach Pfoerring, Solaren, Suant, Ellenbrunc, Walde et Böhmischi bruk prope Mosbach Vidit Gewoldus in templo Solarenfi lapidem romanum

(**) Paroecia proxime Monasterium Schiren, cuius filialis est Müneenbach, in qua Albarista geisenfeldensis etiam num an. 1593 ius praefendantis exercuit; ita litterae Decanatus Hohenwartensis M. B. Vol. XIV. p. 13 S. 216. 180 272.

Successit an. 1027 Wezilo, comes Palatinus.
 Hartuico Palatii comiti, Filio eiusdem Aribone ad
 huius muneric Functionem nondum adulto, et ex
 vita decepsit c. an. 1040, testante Necrologio Sa-
 lisburgenfi VIII kal. Martii. (34) Obitus huius We-
 zilonis comitis Palatini ab obitu Babonis nostri ali-
 aliquot duntaxat diebus discrepat: nec nesciunt an-
 tiquitatum periti, Wezilonem, Werinharium, Ba-
 bouem, Bertholdum, Poponem, et Perichterum, quem-
 admodum Henticum et Heziloneum, Dietpoldum et
 Bathonem Chunonem et Conradum nomine haut
 diuersos esse. Meminerint quoque Auentiniani te-
 stimonii, in Necrologiis sese Salisburgensi, emme-
 ramensi, et Weltenburgensi, &c, ea, quae de Ba-
 bone posteriorum memoriae commendarat, repe-
 risse. (35) Ecce tibi eadem tria Necrologia; bona
 illuistris Academiae Boicae Fide euulgata.

Alia nobis, potioraque de eodem Wezelino,
 Histriensi comite, et advocate Adalberonis Carin-
 thiae Duci, Geisenfeldae Sepulti, banc in rem nu-
 per protulit Hermanus noster; (36) attamen nec
 istis supersedendum putabam; mirum enim non est,
 arnulfigenum Babonem de Schiren, et Ebersber-
 gensum comitum propinquum cum posteris suis in
 Carinthia, Carniola et Istria potentem fuisse: cum
 ipsem Luitbaldus, Comitum Schirensiu Sator,
 Marchicomes Windorum an. 902 fuerit, eiusque
 Fili Arnolfus et Pertholdus, Carinthiae et Carniolae
 Duces, extiterunt atque Pertoldus, Arnolfi II, Co-
 mitis Palatini Filius, deletis a Rege Ottone I. an.
 955 in Lyci Campo Vngaris, Fuga sese, vna cum
 Con-

33) ibidem p. 181 183 216.

34) Necrol. salisb. in M. B. Vol. XIV p. 372.

35) Auentini Tab. geneal. XXIX.

Coniuge Chunigunda et Filjis Ascuino et Pertholdo a Castello Risinesburg in allemanniam ad urbem Laubach, Carniolae Metropolim, recepit. Quae rerum Vicissitudo fecit, ut rarior, et perplexior id temporis Schirensium Comitum memoria in Boioriae extet monumentis. Consule hac de re Tabulam . . . Dignitas vero palatina hoc tempore peruenit ad comites Seonenses, et quidem ad Hartwicum I, an. 978. vide Diploma Ottonis II, Imp. in cod. Tradit. Michaelburano M. Spt., quod refert Herm. Scholtiner in Dissert. Geneal. Hist. Weissenbensis coenobii fundatores p. 12. Norinbergae 1784 in 4to Supplent hunc Notitiam, et redintegrant acta et fata Pertholdi, Arnolfi II, Filii, et Coniugis suae Chunigundae. Cod. Emmetam. ap. B. Pez in Thes. Anecd. T. I. P. III. p. 106. et Cod. Saxonensis ap. Jos. Reich T. II. p. 630.

Aestate Egilberti, Episcopi Frisingensis Fluerunt Wezilo, et Filius eius Eberhardus, (37) Fortassis noster de Razenhouen tunc temporis puer. (38)

Quum traderet Adalfrid, nobilis homo, c. an. 1040 praedium in Ehemuotinga (in pago Zidlarengouue, in Sundergouue haec villa sita est, Loci Dominus Ascuinus erat) testatur cum Witogowa de Clana Werinher de Catenhofen, Forsan Rantenhofen, (39)

§. XI.

36) Neue B. histor. Abb. IV Band p. 600 &c.

M. B. Vol. IX p. 358.

37) M. B. Vol. IX. p. 358.

38) Successua temporis adiudicatus geisenfeldensis, et, ut arbitror, adiudicatus fiscalis ebersbergensis futurus Cod. Ebersberg, apud Oefel. T. II p. 24.

39) M. B. Vol. VI p. 29. 16.

§. XI.

Bellum Bohemicum, an. 1040.

Arida ex Spongia auitae annum, Baboni nostre extremum, resque eius gestas haulsif videbimus, quam ex Analista Saxone, Lambertoque Schesfna- burgensi boicorum aliquot Principum in Boiohemia ad an. 1040 eadem necemque referimus: „Post Pentecosten Rex Heinricus expeditionem suam in Regionem Boemie destinavit, et eo properans exercitum in assumptione S. Mariae Camba adunavit. Inde, comitatu in eandem regionem digrediente, et Ottone Marchione de Suizuerde cum Bawaris explorandi causa per saltuosa et inuia irrum- pente, quidam ex latere Regis emissi, sperantes, se fortiter facturos obstructionem quandam in Sal- ta expugnaturi, inconsulte processerunt, ubi praetensis inuidiis, a Sagittariis circumuenti Wernine- rius comes, Princetus, (*) et Signifer Regis cum aliquot regis Satellibus, et Reinhardtus Comes, Major Domus ecclesiae Fuldensis cum electissimis ex Familia S. Bonataci cruenta, proh dolor! caede procubuerunt XI Kal. Sept. Posteriore die quidam ex legione Ottonis, quae prætergresha erat ean- dem Obstructionem, ex alia parte aggredi et ab eisdem prædictis sagittariais obruti; Gebardus comes, Wulframus, Tietmarus cum pluribns bawaricis mil- litibus miserabiliter peremti sunt. „Chronicum Wir- zburgense sub an. 1041 hanc stragem notavit: “

Hen-

(*) Monachi Seculo XI notione Principerii more Flavii Vege- tii in Epitome Institutorum rei militaris Libro II. C. 31 vbi sunt: sicut Princetus in officio Praefectorum Pra- torio ad honestum, quætuosumque militiae peruenit gra- dum; ita &c.

Henricus rex Ducem Boëmiae (*) bello petit, sed multis proceribus et militibus in praestructione Syluae citra et ultra ocellis, vel captis, nil dignum efficere potuit. Petrus quoque, Vngariorum Rex, eidem Duci contra Henricum Regem auxilia misit. "(40) Emmeramenes quoque priicos in fastos suos hanc ciadem retulerunt ad Kal. Sept., „Occasio B. i. ariorum in Poemia.“ (41)

Strenuum anno post hoc in Bello Regi Henrico III, navaerunt operam Adelbertus Marchio, et Filius eius Luipoldus. (**)

Quidquid (omitto enim veteres Baioariorum in Boiohemos belli expeditiones, ut Audulfi Marchionis Negotiarius, qui a morte Geroldi, Poiaiae summi Praefecti, an. 805 boiohemos consultum Marchione Weinherio) iisdem in Regionum partibus Luitpoldus et vterque Ernestus, Maiores Babonis nostri dominabantur; testes habemus Annales Fulenses: „Boëmanni mores solito Fidem mercantiles contra Fiancos rebellare moliuntur, ad quem perfidos mores comprimendos Hernustus Dux partium illarum, et inter amicos regis primus, comitesque non pauci, atque Abbates cum exercitu copioso mittuntur. (43)

Rex Ludovicus interea ad Epilingun (Aiblungen) dies quadragesimales frequentabat, misit aciem

Bajo-

(*) Vratislaus ap. Auentinum Prenzlaus ap. Lambertum Aschafnab. Bretislaus ap. alios; bohemistat enim nomen Ducis.

40) c. l.

41) M. B. Vol. XIV p. 391.

(**) Chron. admont ad an. 1042, et Chron. Australis, et et Chron. August. ap.

42) M. B. Vol. XI p. 20.

43) ad an. 849

Bajowariorum in Poemarios, quorum duxerit Ernestus comes exstitit, Episcopis simul comitantibus.⁴⁴⁾

Filius Ernesti, Ernestus, patre Superstite, a Ludouico aduersus Bohemos debellandos mittitur.⁴⁵⁾

(Ludouicus Rex) Otgario Episcopo Eichstettensi (et Abbatii Nideraltacensi) Ruodelto Palatii comiti et Ernesto, Ernesti Filio, summam rerum permilit.⁴⁶⁾

Ernestus, venerandus comes, proprietatem tradidit in Praitenbrun aut proxime Siebenichen et Ambergam, aut prope Dietfurt Praitenecke ad Almonam et Laberam;⁴⁷⁾ nonne ibidem Babonis etiam Filii rerum potentes erant?

Luitoldum, Arnulfi Duci patrem, Boemiae Finibus Marchionem praefuisse, nemo, qui monumenta pastlauienba et fuldensia ad an. 900 sedulo contulerit, temere inficias ibit. Idem ad an. 921 de Arnaldo Luitpaldi Filio ex vetustis membranis Bernardus Noricus in Chronicō suo Bauariae apud Hieronym. Pez Script. rer. Austr. T. II. p. 68 refert: Henricus Rex et Arnoldus Dux Wawarie Boemos vinçunt.

Ottoni Marchioni de Suinuorde et eidem Wernihario, Comiti Primicerio et Signifero Regis Henrici III, quo officio Seculo XII, Otto quoque Maior Palatinus aetate Regis Friderici I, in belli italici
expe-

44) Meichelboek T. I. P. II. p. 350. ad an. 855.

45) Annal fuld. ad an. 857.

46) Andr. Brunner P. II. p. 146. ex Annal. fuld.

47) Anamodus

expeditione Maiorum more functus est, (48) coae-
uuus est Dominus Werinharius codicis S. Petri Mo-
nasteriensis, cuius pater, teste Auentino, Babo I,
Filius Bertholdi II, qui a quibusdam in Calabria Idi-
bus Julii an. 982 cum amitae suae Adelhaidis, co-
mitis de Geisenhausen Filio, Henrico, Episcopo
Augustano, a Saracenis occisus, occubuisse putatur.

Belli expeditio enimvero Bauarorum vna ori-
entalibus cum Francis et quidem Chambram versus
an. 1040 heroi nostro Wernhero seu Baboni oppor-
tunam in primis occasionem obtulit producendi XXX,
Filios in Conspectum Imperatoris Henrici III, eos-
que illius Beneficentiae commendandi. Occupamenti
autem hostium insidiis in Bauariae et Boiohemiae
Finibus ad Castrum Tausum Baboni Patri, Filiis eius
succederunt in orientalis Franciae, aliisque Germa-
niae partibus, Hermannus, Banzensis comes, et
Woiframus I. Abinbergensis comes, pater Conrad I,
Aepi Salisburgensis, et Hartwiens comes de Bogen,
comitesque Voheburgeuses, iisdem temporibus Mar-
chiones comitatus Chambensis, et Fundatores postea
an plissimi Monasterii Waldsassen, quos inter reperi
Chunonem comitem Palatinum, Poponis Filium, atque
Poponis nepotem. Ecce, Academia patria, quam
opportune, quam adposite singula cum Biographi
conradinae Vitae, cuius pedetentim vestigia se-
quor, genuina et coaeua narratione cohaereant;
annus obitus Babonis; Ottonis Marchionis Nord-
gavienfis, Henrici de Suinuorde Filii, hoc in sus-
cepto

48) Inde Palatii gaudentem juris honore,
Vnanimem sibi Chunradum nomine fratrem,
Signiferumque suum, quem Norica misit Ottонem
Terra, virum magnis Spectatum saepe periclis —
Praecursare iubet. Güntherus Poeta ad an. 1154.

cepto bello Societas; congregatio exercitus ad Chambam; mos Maiorum, qua Principes Bauarorum, et superiori et posteriori Tempore, Belli Duces et Signiferi comites Palatini in Bellis adversus Boiohemos esse solebant Imperatorum; Babonis, primo incautius Facto impetu, occisi Successor eodem in bello, 1042, Adalbertus, Marchio Boioriae orientalis, cum Filio suo Luitpoldo ex comitum Babenbergenium prolapia natus; Gebehardi I, comitis de Sulzbach interitus vna cum Wernhero Signifero; Vindicta denique Aescuini, comitis de Bogen propter occisum avum de Boiohemis Successu temporis sumta. „Aeschwinus autem comes de Bogen advocatus Ecclesiae Altahensis fertur Bohemos irruentes in prouinciam nostram tribus bellis vicisse, et Signum Victoriae quandam Crucem cum bipenni in quadam Abiete in monte, qui vocatur Apholtersperg excidisse, quae abies usque hodie Aeschweinestanne.“ (*)

§. XII.

(*) M. B. Vol. XI. p. 20.

Singularem hic Wernherus, Primicerius et regis Signifer, dissertationem mereretur; haud dubie noster est Babo, Schirensis comes, sub an. 1030. Wezile comes Palatiensis dicitur; nomen enim Babonis, ea aetate iterum iterumque alternatum, et consuuum rem alias Clarissimam subobcuram reddidit; id quod exemplis et auctoritate Monumentorum probabo.

Cui lecta potenter erit res

Nec ratio sua deseret hunc, nec lucidus Ordo Subministro alter sentientibus paradoxi mei fontes hoc de bello boiohemico, quibus autem singulis uti mihi, rure degenti, non licuit.

Hepidanom omnino non consului, quem eo vehementius desiderabam, quod aiunt, ab eo Wernheri argui imprudentiam, insidiosi Boiohemorum obruci; nihil enim isthanc Wernherum illustraturus intentatum volo. Comitatum eius inquirendum puto aut in Nordgovia, aut in orientali Francia. Repentinus Principis interitus veterum Biographorum existimatione non nihil inglorius ab omni quidem Germania deploratus litteris autem obiter luntaxat, quemadmodum Caedes Ducas Luitpoldi ad an-

§. XII.

Heec aetas et ratio, quam nos subputamus, adcommoda etiam est Fratri Babonis comitis, Ottoni I. Schirensi, an. 1036 comiti in pago Tanckaw; (49) ubi et anum eorum Peretoidum, Arnolfi II., Filium, an. 975. potentem et adhuc in Imperatoris gratia manentem legimus. (50) et in pago Chelesgouue, de quo extat Diploma Regis Henrici III., an. 1040. Id. Jan. Monasterio Weltenburgensi propter regium praedium Bozinwanch, eidem Monasterio e regione vicinum, Augustae vndel. datum; (51) ex quo Auentinus eruit Fratrem Babonis, Ottонem I., et in Tabulam suam genealogiam XIX retulit. (52)

§. XIII.

Tutae etiam comitissa, Ottonis I., coniugis memoriā, quemadmodum Babonis et Ottonis I., confernarunt Necrologia, Weltenburgensie I., Emmeramense V. V. kal. Jul.; iuncta est Tuta Bernardo, comiti de Pabaria.

907, et Arnolfi II. an. 954., mandatus est. In vita enim humana admiratio Laus et honor viatores, Virtutario aurem et Obiliu viatos, fortissimo licet animo praealentissimis in periculis dīcantes, et pulcherrimam pro patria mortem obeuntes (equi folet. Parum aduersae fortunae, infortunariis omnia imputantur.

Chronica Australis ap. Marquard, Freherum T. e. p. 439: Lambert. Aschafn.; Chron. Saxonis; Alberici Annal. Hildesh. An. Stad.; Chron. Cont. Abbatis Ursperg.; Mar. Scotus; Herm. Sig. Gembl. Cour. Otto Frising.; Dubrauii Hist. Bohem. Chron. Reichersb. Chron. Admoet. ap. Pez. Chron. Augustan. Auentini Annal.

49) M. B. Vol. XV. p. 160.

50) M. B. Vol XI. p. 439.

51) M. B. XIII. p. 352.

52) Liegt zu Freising, Kaiser Heinrich der dritt thut seiner Melbung in einem altem lateinischem Brief zu Weltenburg des Datum 1040.

ria. (53) Haut dubie ille comes Otto VI Id. Jun., quem comitatur Otto comes de Mahrtal, Frater germanus Babonis, et maritus Tuta est. (54)

Eadem Tuta, si fidem merentur monumenta eichstettensia, Filius erat Reginheri comitis de Nas- souia, sororque Gunzonis seu Gundekari Episcopi eichstettensis, qui natus an. 1019, Reginae Ag- netis Regis Henrici III, coniugis Capellanus erat. (55)

Floruit id Temporis et Tuta, ni fallor Soror Ru- perti Comitis de Rietenburg, et Burggravii Ratisponen- sis, Viduataem agens in Monasterio inferiore Ratis- ponae, more conplurium Matronarum id temporis. Vide Paricium p. 159.

Omnes, qui Seculi XI, Schirensium Comitum seriem tradidere, cum Arenbeckio, Auentino, et Wolfgango, Lacio in medio conjecturarum Labyrintho incerti misere fluctuabant animo; adeo omnia sunt in via, perplexa omnia; Felix, nimium felix erit, qui suam Baboni, Ottonique I, Fratri eius aetatem restituet; Filum enim praebebit reliquis difficulta- tibus.

Auentinus Ottoni I, Praefecto Praetorio Boio- ariae et Kelheimorum, ac Tuta, coniugi eius, tre- Filios

53) M. B. Vol. XIII. p. 483, et Vol. XIV p. 386.

54) Vol XIII. p. 482.

55) Hunc in modum de semet ipso scribit: „Anno MXIX. Gundeciar peccator fato S. Laurentii Martyris natus est, anno MLVII Episcopus electus est, anno autem MLVIII. Episcopus ordinatus est aetate quippe XXXVIII annorum, Mensis autem obitus Tuta in Necrologio Eich- stettensi discrepat ab Emmeravensi et Weltenburgensi Tuta; obiit enim Tuta soror Episcopi Gundekari XII. Kal. Dec.

Filios subiungit: Ottонem II., Hazigae maritum, Ekehárdum I., et Arnulfum comitem de Dachau (56) atque in Annalibus Schierenibus Conradum comitem Valliae. (57) His addit Lazius Rapotoneim, a quo Comites recentiores de Hohenwart ad Fluvium Param. (58) Rapoto comes, Kelhemii Dominus, Ekehart truncatus, Chuinrat Filius Arnolfi comitis et Werinbarii et Ottones in Monumentis S. Petri Monasteriensis (59) Auentini et Lazii Fidem non labefactant, sed confirmant. Inhaerendum igitur potius eorum vestigiis esse, arbitror, qui tabulas, nos latentes, manu tractarunt, quam nouis rem impeditam coniecturis, inconsultu eorum, velle expedire et restituere.

§. XIV.

*Babo Comes de Schiren, de Abensberg et Altenberg ante Bellum boiohemicum, an. 1040. ortum, XXX
Filios suos produxit Henrico III, Imperatori.*

Supereft, vt amico meo Hermanno Latrunculorum veluti in Ludo, arietem meum, ipfissimum anonymum Conradi Aepi Biographum admoueam; niſi enim, niſum addictus Cardinali Baronio, iisque, qui cum eo Diui Henrici II. Imperatoris, conjugisque eius S. Chunegundis munificentiae ex Babonis nostri prolium Fertilitate gloriolam suis in annalibus aucupantes quaefierant, Martino Hofmanno, Andrea Brunnero, Mattheao Radero, et Joanne Ferneaux, (60) fortiori, ex coenis petita Scriptoribus,

56) Auent. Annal. Lib. VII. p. 653.

57) P. 263.

58) W. Lazius de Migr. Gent. L. VII. p. 288.

59) Lib. Tradit. S. Petri Monast. N. LVI. &c.

60) Nege baiersch. histor. Abbh. V Band p. 9.

tibus, ratione Sententiam lassetat meas, vietas manus Regi Henrico II, hermanianno neutiquam dabo. Audiamus, quae refert Biographus Babonis, quae autem Hermanus, eo, quod in rem suam non forent, caute dissimulanda putauit:

Cunradus itaque ex illustri Principum Bavariacae prouinciae stemate originem duxit, vtpote Frater virorum clarissimorum et Comitum Ottonis et Wolframi, quorum alter sine liberis mortuus est, alter Comitem Rapotonem de Abinberch, aduocatum Babenbergensis Episcopatus ex Sorore Dietpolidi haeredem. Heinricus quoque de Lechesgemunde, pater illius Heinrici, qui adhuc superevit, ex materteria eius Nepos extitit. Praefectus quoque Ratisponensis, Otto Senior, auunculi eius Filius fuit. Praeter hanc nobilissimam Genealogiam aliam humiliorem (*) quidem, veruntamen claram et splendidam, quae numerositate sua non solum Bavariam et Carinthiam, verum etiam orientalem et Rheni Franciam occupauit. Quae vnde surrexit, Lectoris curiositati satisfaciendo, non ab re videtur, sicut ab ipso audiui frequenter exponere Aunus habuit Babonem nomine, de cuius Lumbis exierunt triginta Filii et octo Filiae, omnes ex liberis matribus progeniti; et non mirum, si de tam multiplice semine copiosa seges succreuit, per multas terras et provincias disseminata. His ergo Filiis iam adultis, Imperator Heinricus, misso nuncio, Patrem eorum ad se vocauit, quatenus cum paucis veniens in exercitio ac Ludo venandi secum iucundaretur. Hinc ille idoneam opportunitatem se inuenisse ratus, quatenus praedictos pueros, corporis

(*) Nempe regum Ottonum I et II iniuria ad incitas redactam

ris elegantia satis aptos, Principis aspectui et Gratiæ offerret, et munificentiae commendaret, sibi ac vnicuique puerorum militem unum ac servientem distribuit; siquæ ei obuiam processit. Qui, cum vidisset tantam turbam, arguit comitem, modeste tamen: cur venire cum paucis iussus, tantam multitudinem aggregasset? Respondit ille: vnum tantum militem se et suum habere. Cumque ille regnaret blanda facie, et verbis placidis, quinam essent alii serui? Inquit: tui sunt, Domine Imperator, Filii mei, quos tuis aspectibus et Gratiae offero, quandoque idoneos, ut de Dei misericordia Spero, et utiles tuis; ac regni obsequiis futuros, si tamen te propitium, et in oculis tuis Gratiam inuenierint. Gstanter itaque, atque hilaster Imperator munus sibi oblatum tam foecundae prolis succipiens, sanguinos adolescentum benigne amplexatus, et exostulans secum habuit, quounque eos honestis sedibus, et beneficiis exaltaret, secundum quod se opportunitas obtulit Liberalitati Principis. Quis itaque dubitet, de tanto prolis semine pullulasse ac generasse infinitam cognitionis messem, vnde, sicut supra diximus, tot replerentur protiroiae.

De sincera huius Biographi Fide, qui eandem Babonis historiolam, patriis quoque Carminibus in Germania decantaram, ex ore Conradi I. Aepi, Babonis Nepotis, frequenter et recenti quidem hominum memoria narrari audierat, nemo prudens dubitatib;(61) extant enim tria vetusta exemplaria eiusdem argumenti, bina in Monasterio Raitenbastiacenti, tertium in codice mspto ad S. Petri Salis-

(61) B. Pez Thes. Anec. T. II P. III. p. 221, et in Dissertat. Ibidem p. LVI.

Salisburgi, a Josepho et Paulo Moetzger, atque a Bernhardo Pezio edita. Curemus itaque; vt ista has ex norma et Babonis, eiusque Filiorum aetatem eo pacto eruamus, primo ne medium, medio ne discrepet imum.

Primo notabit adtentus, nec in verba, sine teste et tabula aliter sentientium, iurans Lector, a Biographo neutquam determinari, quotus fuerit Henricus Rex Seculo XI, cui Babo pater ter denos Filios, iam adultos, commendarat, secundusne, an vero tertius. Crasfa enim uero, ac supina fuisse Regis Henrici II, in Abrahami Episcopi Frisingensis Laribus nutriti, (62) ignorantia, ne dicam turpis negligentia, si Babonis, consanguinei sibi, prolixi Fertilitatem atque inopiam ignorasset; haut enim adeo procil diffita sunt castra Abachium et Abensberga a Ratispona; nec exercitio, ac Ludo venandi claudicans, piusque Imperator adeo indulxit, quam condendis, dotandisque Monasteriis; plurima enim Sanctum Regem et Monachorum communem Patrem(*) circumueniebant vitae hilarioris incommoda, curae Imperii, bella intestina externa, Lamborum morbus, Orbitas prolium, opera pietatis, mortis memoria, Zelotypia, praesertim Episcopatus Babenbergensis, inuitis et obstantibus consanguineis ac propinquis praetiosa et splendida Fundatio. Ad regem Henricum Nigrum potius differenda mihi haec Babonidum aetas videtur, qui in Flore aetatis a Brunone Augustano, et ab Egilberto

62) Diploma Henrici II. Regis an. 1007, Meichelb. T. I., P. I. p. 206.

(*) Sexenta Monasteria, que aut fundauit, aut restituit, aut dotauit in Patriae derrimentum, et ruinam Episcoporum et ad potentiam argendam enumerare facile possem;

berto frisingensi Episcopo educatus, (63) Babonis patrisfamilias multiplici pro labore folicitudinem minus curabat; in hunc cadit illud:

In herbis iuuenis tandem, custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine
Campi.

Videat igitur Hermanus, ne forte seniles
Mandentur iuueni partes, puerisque viriles.

Rex Conradus Filio suo Henrico an. 1027
Bauariae Ducatum Ratisponae commendauit; (64)
an. 1028 Henricus Rex factus Aquisgraui per
Piligrimum, colonensem Aepum. (65)

Potuit itaque Eabo Filios suos Regi producere
hoc temporis interuallo an. 1027 — 1039, quo
imperare coepit Henricus, Conradi Filius, (66) et
viuere desit ille Comes Palatinus Wezilo, cui an.
1041 Aribō, Hartuici, comitis Palatini Filius,
Potonis Frater Germanus ex ephebis egressus, co-
mes Palatinus de Hegirmos, et Burghusen suc-
cessit. (67) Henricum autem Nigrum et Arnolfi-
dum, et Henrici Comitis de Suinuorte vestigia ter-
rere

congiarium vero aut Castellum, fœundis matribus datum
est, quod scio, nullum.

63) ibidem p. 227. 229, ita Diplomata Regis Conradi ad
an. 1033

64) Annal. Saxo ad an. 1027.

65) Lamb. Schafnab.

66) M. B. Vol. VI. p. 14. ad an. 1030: Jussu Caesaris Chuon-
radi II. R. I. A. Coram ipsis filio Norice Ducatum
provincie regula iusticie gubernante in aula ratisponensis
ciuitatis peractum.

67) Meichesh. P. I. p. 238.

rere poterant, quo minus foecundam Babonis comitis schirensis propaginem, eiusque obsequia, regia Liberalitate parienda, negligeret.

Nemo quoque Annalium Scriptorum, certum ex tabulis idoneis statuit annum obitus Babonis, diem duntaxat, et mensem eruerunt ex Necrologiis; Quis itaque friuolas mihi, aliter sentienti, argutias inputabit? Pro mea Sententia stant Arenbeckius, Auentini Annales Schirenses, altum coaevis in Scripturis silentium de certo, et explorato Babonis anno obitus, Babonidum aetas ad Finem Seculi XI producta, donaciones ab Henrico III, et IV, Babonis Filiis, atque nepotibus factae. (68) Eadem igitur ratione, qua Hermannus Babonis, an. 1021 in pago Chymengouue florentis Comitis, (69) mortem, Regis Henrici II Gratia, demto temere anno, maturat, (70) eadem, ne ex Babonis Liberis magnam partem posthumam, ac decrepitos Nestores faciam, prorogare Babonis Vitam impune possum, et prorogari necesse est. Hanc necessitatem monstrabit tabula ex Biographo Conradi Aepi adornata.

Notitiae, quam de Babonis comitis in pago Zidlarengouue coniugibus Geuta seu Juditha et Irmingarda Hundius in Parte III, Stematologiae nondum edita ad an. 1050 reliquit, addendam hanc a me puto notam Raitenhasalacham iam an. 875 in Regis Ludouici Germanici Diplomate cellam adpellari. (71)

CAPUT

68) M. B. Vol. XII. p. 95. N. I. an. 1054. Diploma R. Henrici Nigri et N. II. p. 96. an. 1086. Diploma Henrici IV. 69 Lib. Prob. S. Emmer. p. 133.

70) Neue B. akad. Abh. VI. Band p. 13.

71) Diplom. Anhang zu den Nachr. von Salzburg p. 101.

CAPUT III.

Aetas Babonidum, in primis Eberhardi I. de Razenhauen, testimonio Auentini et Hundii, Babonis comitis de Schiren Filii.

§. I.

Omnibus fere, quae extant, studiose diligenterque perlustratis a me monumentis, patrem Eberhardi I, de Razenhauen certioribus reperire indicis non potui. Wezilonem tamen, et Filium eius Eberhardum sub Arnoldo, Abbe weihenstephanensi, inter magni nominis testes testantem legi, quum traderet Gepolfus puerulus, patre et matre orbatus, iure haereditario praedium ad villam Gisilingen (Langengeislingen proxime Oppidum Artingen ad Semptam) c. an. 1040. (1)

Post patris vero Babonis Obitum frequentius interest testibus Eberhardus noster, Henrico I. Burgrauio Ratisponensi aequalis, et Socius in traditione Henrici de Ascha; ibique post primos testes, Henricum comitem, Filiuunque eius Henricum (Burgrauios) actutum testatur. (2) Iterum sub Puolone, Abbe weltenburgensi, qui, regnante Henrico III, floruit, cum Ruperto advocate; Durinharto de Tagirtingen (proxime Abensberg) Grimaldo de Vmbaledorf, er fratre eius Ruperto, Vdalrico de Mülhusen (prope Monasterium Münchsmünster) Berchtoldo de Brunnen, Marcharto de Rincheim, Vdalscalco de Mantilkirchen (proxime canoniam Ror) Marcharto de Sallerdorf, Durincharto de Hurlbach, Herimanno de Mure, (iuxta Salingostadium) Mazilone et fratre eius

1) M. B. Vol. IX. p. 357. 356

2) Cod. Emmer. apud B. Pez T. I. P. III. p. 132.

eius Henrico de Hocinwarte, Beringero de Seehauen, (Marcharto de Maersingen, Massingen prope Abach) Engilmaro de Sizingen (3)

Sub Pernoldo, Abbate weltenburgensi, et advocato eius Grimoldo primum se testem exhibit Eberhardus noster cum Aribone comite, et nobilibus viris Magono de Ror, et Henrico de Sikilingen, nisi vehementer fallor, Fratribus suis. (4)

Extincto circa an. 1065 Eberhardo comite de Ebersberg, generis sui vltimo, Eberhardus I, de Razenhouen aduocatum egit geisenfeldensis Parthenonis, quem ante eundem Babo Comes, et Hartuicus, Eberhardi comitis de Sempta, Fundatoris eiusdem Monasterii, agnatus, egerant, et quidem principalem, nec non Fiscalem coenobii Ebersbergensis. (5) Tutela haec nexum sanguinis Babonis seu Wezilonis cum Familia Ebersbergensi magis magisque confirmat. Fortasse idem Eberhardus de Razenhouen a materno Fratre Eberhardo, comite Ebersbergensi, nomen hausit, et certus inde Hartuici Frater probari potest.

Quum Chuno, comes Palatinus de Voheburg, Filio Chunone, commissio inter Alemannos et Bawarios III, Id Aug an. 1081 ad Hohenstein bello, in acie occiso, Monasterium Rotense ad Oenum in comitatu Arnolfi comitis vna cum Elisabetha Lotharingica, Filii Chunonis inprolis vidua, fundasset, ac magnificam, praediisque potentissimam illam Foundationem insignis eiusdem Boioariae Principis Rex Henricus IV iam 1073 publicis Tabulis confirmasset,

3) M. B. Vol. XIII. p. 310.

4) ieid. p. 327.

5) Cod. Ebersberg apud Oefel, T. II, p. 24.

set, egit Eberhardus de Razenhoven Romae apud sumnum Pontificem, Gregorium VII, Fundationis Procuratorem, (6) simulque, si Lambertum aschaffenburgensem perpendamus, eodem anno 1073 Henrici IV, Regis nuncium, et an. 1071 Pacificatorem Regem Henricum inter, et Ottонем, Boioriae Ducem, cum Rex in Bauariam profectus, Ducis ottonis genero Welfoni Boiorum Ducatum traderet (7)

Haesitabam paulisper Eberhardum inter de Razenhoven, et Eberhardum comitem de Ellenburg, Regis Henrici Familiarem; quum autem iisdem annis 1071 et 1073 Rex Saxonibus exosus, iisque subiugandis intentus, iterum iterumque in Bauaria moraretur, et fidelissimos inter, amicissimosque Welfone, Boiorum Duce, utroque Chunone, Palatino comite, Bernardo de Schiren, Friderico et Ascuino, Filiis Hartuici comitis de Bogen, Burghardo et Bertholdo, comitibus de Mosaburg, Wolframo et Ottone, Fratribus et comitibus de Abenberg, Thietbaldo Marchione de Giengen, Henrico de Lechesgenuine, Ernesto Marchione Baioariorum, viro in regno clarissimo, Raptone comite de Chambe, Vdalrico comite de Ratelenberge, Gebehardo comite de Formbach, Hermanno, Epo Babenbergenfi ex eadem Familia, Hartwico II, Aepo Magdeburgensi, teste

Aven-

6) M. B. Vol I. p. 355: His ergo prediis, ac redditibus vir fidelis (Chuno palatinus comes Rotense monasterium fundauit, ac fundatum B. Petro, et Romane ecclesie tradidit per manum Eberhardi de Razenhoven, qui et primus Bizantium, annuatim persoluendum, lateranenfi palatio persoluit, ac sic loco, atque familie tutelam apostolice defensionis ostinuit.

7) Plurimum co tempore Rex consiliiis vtebatur Eberhardi comitis, sapientis admodum viri, is videns, hostes fac

Auentino, de Ortenburg et Craiburg orto (Tab. Geneal.) Norberto, comite de Hohenwart, Episcopo curiensis, Sarchilone comite de Mosbach, (In Vicinia Leuchtenberg) Aribone deposito comite Palatino de Hegirmos et Burghusen, et Fratre eius Potone comite de Potenstein, Sigelhardo de Tellingen et Torringen. (seu de Scala) Thietpoldo I. de Vogaburg, Beringero comite de Sulzbach, Arnulfo de Damasia, Alberto de Iringsburg, vtroque Rapotone comite, altero an. 1080, altero an. 1099 defuncto, et Vdalrico diuite, Rapotonis Palatini patruele, in pace et bello potissimum arbitris vteretur: non dubitauit, celeberrimi Babonis Schirensis et Abensbergensis Comitis Filio, et haeredi Eberhardo haec Regis negotia committere, eoquod ex ipsius Henrici IV. Regis diplomate, rotensi Monasterio Ratisponae dato, Eberhardum de Razenhauen iter Romam suscepisse constat eodem anno, quo, inconsulto Germanorum Rege, a Romanis IX, kal. Maias 1073 Indict XI, electus est Hildebrandus P. M., qui paulo post eidem Eberhardo comiti, Vdalrico de Cosheim, et Ottoni Epo Ratisp. Sacris interdixit. (8)

Intervit etiam Eberhardus post obitum Chunonis comitis palatini senioris de Voheburg donationi a Rapotone Palatino comite Monasterio S. Emmerami sub Finem Seculi XI, factae; (9) quamuis enim,

ad bella exercitatos, — abiit ad ducem Ottonom. — Statim Rex a latere suo Eberhardum comitem misit, qui Romanos Proceres conueniens, causam ab eis sciscitaretur: quare praeter consuetudinem maiorum, regie inconsulto, Romane Ecclesiae Pontificem ordinassent. Lamb, Aschafn. ad an. 1071. et 1073. Confer Biographum Conradi I. AEpi Salisb.

8) Lamb. ad an. 1076.

9) Cod. Emmer. apud B. Pez. T. I. p. III. p. 142. 130.

enim, describens tabulas emmeramenses, chartam hanc alios in annos transtulit: testes tamen subscripti produnt aetatem haut diversam a Ruperto abate et Rapotone advocato, qui an. 1099, graffante Ratisponae peste obierunt. Quis hic Rapoto comes Palatinus, et Rapoto advocatus emmeramensis fuerint, (distinguuntur enim aperte, teste paeclaro viro Rom. Zirngibl) (*) suo in Loco monstrabimus, vbi agemus de Comitibus Palatinis Bauariae Seculi XI.

Ante an. 1086 Eberhardus noster Dietpoldum Presbyterum ad altare S. Petri Monasteriensis Legauit. (10)

Idem Eberhardus I, ab Erchangero, abate Weihenstephanensi, concambio tres curtiferas in vrbe Ratispona accepit, ac pro iis reddidit praedium Vibesftetan, Ekelhardo (de Schiren) advocato praefente, et laudante ac fuscipiente, et legaliter confirmante. Huius rei testes sunt nobiles: Gerolt, Filius eiusdem Eberhardi, Altmann, frater eius, Routprecht, Oudalscalch. (11)

Rursum pro Sepultura Fratris sui Altmanni I, advocati S. Petri in manum Altmanni II, aduocati, Fratruelis sui, tradit Eberhardus praedium in Vico S. . an. 1094. Initium eiusdem Chartae: In nomine S. et indiuidue Trinitatis & aliquid maius spirat, et ex Henrici VI, Regis diplomate in codicem nostrum ab anonymo Canonico S. Petri| aliis verbis ad rerum notitiam translatum fuisse videtur argumen-

(*) Rapoto aduocatus Emmeramensis cum Eberardo de Rozenhouen aduocato Monasterii Geisenfeldensi ex spicilegio Diplomatum Emmeram. Mspt. cl. Zirngibl. sub Abbe Ruperto ad an. 1090.

(10) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LVIII.

(11) M. B. Vol. IX. p. 374.

gumentum litterarum. Confer hanc in rem Diploma
rotense eiusdem Regis Henrici, de quo alibi
plura. (12)

An. 1095 Eberhardus primus testis est, cum
Wezila in Anniversario mariti sui Altmanni I, ad-
vocati in manum Filii sui Altmanni II, advocati
praedium traderet in villa Hunnilinbach. (13)

Mortem obiit Eberhardus I de Razehouen,
qui post obitum Chunonis, comitis Palatini Senio-
ris de Voheburg tutelam quoque Rotensis Monasterii
circ. an. 1086 suscepisse mihi videtur, an. 1097,
sepultusque est in Canonia S. Petri Monasteriensis;
nam Eberhardus II, de Razehouen cum matris suae
Mathildae, fratrumque suorum manibus totum pree-
dium, quod ad Nestheinrinth habuit, pro patris sui
Eberhardi Sepultura, ac debitorum suorum anima-
rum requie in manum aduocati Henrici legavit. (14)

Primus testis est Burghart, ni Fallor, de Mo-
saburg, nobilissimus ille Princeps, Bertholdi Aepi
Salisburgensis, a Rege Henrico IV, pro Gebehardo
Aepo intrusi, Germanus Frater, quorum amicitiae,
Fidei, et Fortitudini rebus in aduersis idem Rex,
teste Lamberto, (15) in Saxonia, quemadmodum
eorum Maioribus olim Rex Carolomanus in Carin-
thia castrum nomine Mosaburg condidit, Fraterque
Mathildis, Eberhardi I. de Razehouen coniugis;
dos enim Mathildi obtigit in comitatu Mosaburgenfi
in loco Swarzolfesdorf, haut procul ab Herigol-
teshuten, Gamanolfesdorf, et Tuolbach; inde nobi-
lis Matrona Mathilda pro anima mariti sui Heber-
hard,

(12) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LXIV.

(13) ibid. N. LXVIII.

(14) ibid. LXIX.

(15) Lambert. Aschafnab. ad an. 1073.

hardi, et pro praebenda Filiarum suarum mansum unum, et mancipia III, in manus Fridarunae Monialium Geisenfeldensium Antifitis dederat. (16)

Idem confirmant mutuae haereditates Dominos inter de Mosaburga, Leren, Berge (Bruckeberge) et Berghouen, Adelungeshouen, Houeheim, Huninwang, Frumbaah et Tanna, de Roningen, Hofedorf et Paeringen, de Rotenburg et Biburg, et inter Dominos de Abensberg, Rottenecke, Randecke, Steine et Scamhaupten. Solennitas, Frequentia nobilissimorum testium, et Cautio hulus Chartae Domini Babonis seu Weringhariae Filium, Geisenfeldensis Coenobii principalem advocatum, agnatumque et haeredem comitum ebersbergensem, ac propinquum Ekehardi comitis Schirensis decet; nec condonatio Dominae Elisabethae et Rapotonis comitis erat solennior.

Nullibi equidem in Monumentis boicis Eberhardum de Razenhouen, Comitis titulo insignitum, reperio; in Necrologio tamen Weltenburgensi, et Eberhardum Comitem II, Id Febr. et Mathildam comitissam Non. Jun. legitimus, (17) et in Litteris Fundationis Monasterii Benzenensis primum testem Eberhardum comitem, sine dubio Fratrem Hermanni Marchionis.

Schirenses etiam Principes sine comitis encomio seculo X et XI sexcentis exemplis habemus in monumentis obuios; (18) sic Peretoldus, Arnolfi

(16) M. B. Vol. XIV. p. 192.

(17) M. B. Vol. XIII. p. 476. 482. Eberhardus comes, Vdalrici de Ebersberg filius, obiit IX. Kal. Aug. Cod. Ebersberg. apud Oefel. T. II. p. 16.

(18) M. B. Vol. XIV. p. 192: Arnolt de Schaeirn; 193. Bernhardt de Schaeirn, et 195. Vol. IX. p. 368: aduo-

Arnolfi filius adhuc in gratia manens Imperatoris ad Monasterium — Metama — Wischilburg tradidit. (19)

Praeterea obseruabit Lector, nostri quoque Codicis Werinharios, et Berenhardos Dominos nuncupari in Notitiis maluisse, quam Comites (hoc enim tempore potentiores Bauariae Proceres commissos sibi a Regibus comitatus gratificante amicis suis Imperatore Henrico IV, in Libertatem vindicatos, potestati suae paulatim subiecerunt) moremque hunc et ab eorum Posteris Vdalrico I, Domino de Abensberg, et Ottone, Domino de Steine, Filiis Meinharti, comitis de Rottenecke, haeredis circa an. 1242 Comitatus Abensbergensis fuisse receptum. Dominium isthac Liberum, vernaculae Herrschaft nuncupatum, cuius Domini passim Liberi et ingenui audiunt, lectito primum, imperante Friderico I, sub an. 1152. Cuonradus Herschaft de Moseburch (Burgharti et Benedictae Filius) (20) Plures Eberhardos I, de Razenhouen et Mathildis numerabant Filios et Filias, quos inter Eberhardum II, et Geroldum pernouimus; Chunigundem referunt Tabulae Monasterii inferioris Ratisponae an. 1102. Parcarius p. 181.

§. II.

Geroldum vna cum patre Eberhardo monstrat nobis Charta Manasterii weihenstephanensis ante an. 1094 exarata, in qua, eo quod Geroldus erat

Prae-

catus Ekkhart, Arnolt de Scirin, et eius filius Chuonrat. p. 373.; Dominus Otto de Skiran-testes; germanus ipsius Ottonis, Pernhart, Dominus Chuonrad, et eius frater Otto de Dachouuva. p. 375.

(19) M. B. Vol. XI. p. 439. an. 976.

(20) M. B. Vol. IX. p. 434. 135. 375.

Praepositus S. Petri Monasteriensis et Archipresbyter, inter telles patrno Altmanno praeponi mihi videtur. (21) Fortasse Geroldus iste ille Bauarus Cardinalis Romanæ Ecclesiae est, quem illustris et de Academia Scientiarum Boica in primis meritus Jo. Georgius de Lori celeberrimos inter sub Finem Seculi XI, viros, nobis, quo ex Fonte nescio, produxit. (22) Huc facit etiam Geroldus Praepositus in Monumentis weihenstephanensibus Synchro-nus. (23)

Parum abest, quin eundem Geroldum Guiberti Rauennate Aepi, seu Clementis III, S. P., ab Imperatore Henrico IV, 1080 intrusi, a seclam fuisse putem, fidelissimisque Regis Episcopis ad numerem, quemadmodum Ottonem et Gebehardum Epos Ratisponenses, Embrichonem, Sigefridum et Hermannum Augustanos, Ellenhardum et Henricum Friesingenses, Hermannum et Timonem Passauenses, Fratremque eiusdem Hermauni, Vdalricum Patriarcham Aquileensem, nepotes Regis, Rupertum Babenbergensem, Vdalricum Eichstetensem, Meginhardem, et Emehardum Wirzeburgenses, Adalberonem Tridentinum, Altwinum Brixinensem, Norbertum Cureensem (Bauaru) Rudigerum, et Joannem Spirenses, Wezilonem Moguntinum, Sigewinum Colonensem, Egilbertum Treuirensem, (Bauarum) Bertholdum Salisburgensem, et Hartwicum II, de Ortenburg Magdeburgensem Archiepiscopos; (*) ea saltem, quae de

21) ibidem p. 274.

22) Chronol. Auszug der Gesch. von Baiern i Th. p. 421; et Lib. Tradit. S. Petri Monast. N. LXXXIV. LXXAI. LXXVII.

23) M. B. Vol. IX. p. 379.

(*) Confer Episcopos in Mognutina synodo an. 1085 a partibus Imper. Henrici IV. stantes ap. Marq. Freherum T. I p. 287. en Walramo.

de Eberhardi de Razenhouen, ad confirmationem, Monasterio Rotae impetrandam, Romam proficiscen-
tis, Legatione supra commemorauit, magis magis-
que confirmantur.

Si cui coniectura haec mea minus placet, isque Fratrem Werinharii Geroldum, praebendarium Mo-
nasterii Suigae (24) aut eiusdem Geroldi cogno-
minem Filium successu temporis factum fuisse S. Pe-
tri Monasteriensis Praepositum existimat, aliam ma-
ioris momenti obseruationem in promtu habeo. Ge-
roldi comitis vidua Christiana, cum prolem non habe-
ret, in praedio suo haereditario Asbach in rotana valle
et in pago Rotagouue haut procul ab oppido Griesbach,
et castris Reichersberg, Eringen et Frauenstein, anti-
quitns Stein dicto, situm, vbi et Babonem et Baboni-
das imprimis rerum potentes reperimns, (25) sub
an. 1127 condidit Monasterium S. Matthaei, curae-
que Ottonis I, Episcopi Babenbergensis commisit,
praediis et possessionibus mariti ad propinquos eius
redeuntibus. (26) Pertinebat autem Monasterium
Asbach iure aduocatiae, et aliis ad ditionem Frau-
enstein, et Eringen, cuius primus aduocatus erat
Macelinus de Chambe et Hals. (27) Frequentes in
tradi-

24) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. XXII.

25) Neue hist. Abb. der Churf. B. Akad. der Wissensch. IV.
Band p. 116. 117. 118 119.

26) Hundii Metrop. S. Monasterium Asbach, et M. B.
Vol. V. p. 158. 168. Concambium Eberhardi Abbatis
cum Engilberto Episcopo Babenbergensi in Monasterio
Pruiningen fundatores Monasterii Aspacensis manifestant
partim de Biburgensi et Sigenburgensi erant familia; aduocatia
enim in Tangrintel pertinuit ad Monasterium Biburgense, cu-
ius primus Abbas erat Eberhardus, teste Auentino, cognatu-
s Conradus I. Aepi Salisburgensis, cui et Aepus succe-
dit. Vide Aventini Catalogum Abbatum Biburgensem
in Addit. Gewoldi ad Hundii M. S. p. 144. 145.

27) M. B. Vol. V. p. 117. in tradit. Hermanni Augustenfis
Episcopi, cuius Natales ad comites de Schirens quidam

traditionibus Eberhardi de Razenhouen et Viduae Altmanni I, de Sigenburg sunt Macili seu Marcellini. (28) Non fastidio in iis Babonidas et Satores comitum de Chambe et Hals, haeredes denique 1281 ex parte comitum de Mosaburg. Ad Geroldum nostrum redeo. Fortasse hic pertinet Christina de Razenhouen, quae praedium in Hazkouen Monasterio Geisenfeideni legavit; (29) nec praetermitto Cristinam nobilem Bauariae matronam, quae aetate Hartmanni, Brixinensis Episcopi, Monasterio Biburgensi perbenigni, coenobium Nouecelleense prope Brixinam an. 1142 fundavit. (30) Denique in Familia Dominorum et Comitum de Roningen testatur an. 1129 cum patre Conrado de Roningen Gerolt Filius eius, fortasse auus eiusdem Gerolti Geroltus noster erat. Litteras dabo in Appendix.

§. III.

Eberhardum II, de Razenhouen, Geroldi Fratrem testem habemus, cum Henricus II, Burggranius Ratisp. Monasterio Ichiteni vineam proxime Ratisponam in manus Henrici de Sigenburg, praesentibus Ottone comite, et Henrico de Biburg, qui c. an. 1127 obiit, traderet. (31)

Idem Eberhardus II, egit aduocatum Geisenfeldensem, quemadmodum pater eius et auus, quum Arnolt

referunt, et qui cum Meginwardo de Episcopatu frisingensi altercabatur. Meichelb. P. I. p. 284. M. B. Vol. VII. p. 84.

28) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LXIX. LXVIII. M. B. Vol. XIII. p. 310. 320.

29) M. B. Vol. XVI. p. 232.

30) Hund. M. S. p. 161.

31) M. B. Vol. X. p. 397.

Arnolt de Schiren praedium Aenzentriede (proxime oppidum Reichertshouen) pro praedio in Owese commutaret sub Frideruna Antifsite; primus testis est Goteschalch de Marbach. (32) et in donatione Chuonrati de Dachau pro remedio anime Fratris sui Arnolfi; primus testis est Heinrich de Biburg. (33) Rursus in Corona testium Bernhardi de Schiren, Heinrici de Sigenburg, Heinrici de Siclingen in Traditione Wezilonis de Vmbelsdorf. (34)

Eberhardi II, de Razenhouen coniugem Filios ac Filias nemo memoriae prodidit; mea pace aliquis huic connubio iunget Christianam, quae praedium in Hazkouen post vitae suae terminum Eberhardi Monasterio legavit. (35) Fortasse mendosa haec charta est, omissa particula coniunctiva et Eberhardi. Occurrit etiam Chunigunda de Razenhouen in Monasterio inferiore Ratisponae apud Paricum p. 197, perperam forsan ad an. 1002 in compilatione posita; si vero genuina foret ea inscriptio: ad coniugem Pertholdi, Arnolfi II, Filii referri posset, opportuno indicio, quod et in Babonis abensbergensis Aui Dominio fuissent castra Razenhouen, et Abensberg.

Eberhardum II, ante an. 1138 vita excessisse ex eo constat, quod Gebhardus I, de Abensberg eodem

32) Vol. XIV. p. 192.

33) ibid p. 194. Prodit Eberhardus II aduocatus vna cum Frideruna, ibidem antifsite, longe alias ab auentiniana eomitum Dachauensem seriem, Conradum videlicet et fratrem eius Arnolsum ad an. 1099 defunctum, qui ambo erant filii Arnolfi Comitis de Schiren, qui an. 1086. occuerit.

34) M. B. Vol. XIV. p. 195; item ibidem Nrs XLVII. L. LII. LXIII. XCVII.

35) ibidem p. 232.

eodem anno electus est Canoniae rorensis aduocatus. (36)

§. IV.

Gebehardum I de Abensberg, Auentini et Hundii duntaxat testimonio Eberhardi II, de Razenhonen Filium nouimus; certiores nos reddit hac de re haereditas auti praedii in Schwarzolfsdorf, lidem autores sunt, Gebehardum fuisse Satorem comitum de Rottenecke et Randecke, nec non castri Steine, ab Altmanno quodam eiusdam Familiae Altmannstein postea nuncupati.

De Castro Abensberg ante an. 1129 nulli in monumentis fit mentio, aetate denique Engilfridi Abbatis Emmeramensis, quem propinquum Gebehardi coniicio, omnium primo fese in codice emmeramensi manifestat. (37) Tutelam Monasterii Rorenis Gebehardus aegerrime, coenobii Geisenfeldensis omnino non obtinuit; Schirenses enim comites de Linea Ottonis I, occuparunt.

Sophiam, Gebehardi coniugem idein codex emmeramensis ad an. 1140 nobis prodit; (38) eadem enim Sophia in extremis agens legauerat admontensi Monasterio praedium ad Houeheim (villa est ad Isaram proxime Ehingam e regione Bruckenberg Tuolbach et Gundelinkouen, Mosaburgam inter et Landishutam) Filii Sophiae, Altmannus et Eberhardus III, Liberi de Abinesperg germani Fratres CL marcis eidem Monasterio admontensi vendunt in curia, apud Mosaburg an. 1171 IV. kal. Febr. habita, et praedium suum Schwarzolfsdorf,

et

36) Canonia Rorense Patricii Thalhamer p. 37.

37) B. Pez Thef. Anecd. T. I. P. III. p. 146. 182.

38) ibid. p. 149.

et Halholz in potestatem deposuerunt. (39) Eadem in villa Swarzolfsdorf proxime Herigoltshausen Gamanolfsdorf et Tuolbach prouia Altmani et Eberhardi, Liberorum de Abensberg, Mathildis, post mortem Eberhardi I, de Razenhousen, mariti sui, Coenobio Geisenfeldensi mansum dedit. (40) Waltherum de Abensberg, quem Fridericus Palatinus comes in Testamento suo, iterum Hierosolymam petens, haeredem praedii in Milenhausen proxime Abensberg per Cumpoldum de Milenhouen instituit, fratrem Gebardi I, de Abensberg filiale coniicio; neque vestigia desunt, ab hoc Walthero Dominos de Tannberg descendisse; testatur enim in eadem curia statim post predictos duos fratres de Abensberg.

§. V.

Altmanno natu maiori Gebehardi I, aduocato Rorensis Canoniae in diuidunda paterna haereditate cessit castrum Abensberg, Eberhardo natu minori Castrum Randecke; eam fraternalm diuisionem ex Friderici comitis Palatini testamento, c. an. 1170 exarato, eruisse nos putamus. (41) Mathildem, Filiam eiusdem Gebehardi I, Eginoni, potenti Italiae Principi, matrimonio innecatam vetustus fundationis Liber in Monasterio Biburgensi refert. (42)

Obscurior, sed vero haut absimilis, est Notitia de tertio Gebehardi I, de Abensberg Filio, Gebehardo

39) Pez Thes. Anecd. nou. T. III. p. 782; idem Hund. Stemmatol. P. I. p. 4. Hac in curia omnis fere patria Nobilitas erat congregata, quae generaliagae notitia, praesertim familiae Abensbergensis Necessarios propinquos, et agnatos mirum in modum illustrat.

40) M. B. Vol. XIV. p. 192.

41) M. B. Vol. X. p. 241.

42) Hundii Stemmatol. P. I. p. 3.

behardo II, de Rottenecke, patre Meinhardi, qui c. an. 1196 ditionibus abensbergensibus, defunctis patruis Altmanno et Eberhardo, potitus est, (43) et nepos Gebehardi I, aduocatusque Canoniae Rorenensis audit. (44)

An Henricum et Conradum, Fratres de Razenhauen, in traditione Arnoldi comitis de Dachowe, et Alprechtum seu Albertum de Abenberch in Donatione Oudalrici de Swinesdorf et Engilberti de Tanna monasterio Tegernseensi sub an 1150 facta Fratribus Gebehardi I, aut II, de Abensberg adnumerem, nescio; fontes enim Monumentorum ipfi sutiunt. (45)

Canonia etiam Rorenensis ad an. 1138 producit duos Fratres, Henricum, Canonicum Ratisponensem, et Adalbertum de Abensberg suos inter primos Fundatores apud Patr. Thalhamer p. 13, quos neque praeclarus in Antiquitatibus C. Th. Gemeiner, Syndicus vrbis ratisp. in Chronica sua Ratisponensi, nuperime edita, respuit. pag. 227.

Adalbertum Abensbergensem, an. 1158 — 1184 Episcopum Frisingensem, indiciis ego, non contemnendis, in Annalibus meis Mosaburgensibus monstrabo.

Sunt etiam, qui Reginhardum, (1171 — 1184) Episcopum Wirceburgensem ex Dominis Abensbergensibus prognatum, et quidem una eorum cum Insignibus producunt.

Razen-

43) M. B. Vol. VIII. 477.

44) Hund. Metr. S. T. III. p. 248. 249.; et M. B. Vol. X. p. 460; Meinhardus et patruus suus Eberhardus de Abensberg ad an. 1206.

45) M. B. Vol. IX. p. 436. M. B. Vol. VI. p. 117.

Razenhouen, cui proxima sunt praedia Elsendorf et Liutkirchen (vulgo Lintkirchen) an. 1161 erat in Comitatu Friderici comitis Palatini, id quod ex Monumentis Benedictoburanis, (46) et ex eiusdem Friderici Palatini Testamento constat.

Auita denique castra Razenhoven et Train, teste Auentino, Comitibus de Rottenecke accesserunt; (47) his an. 1280 extinctis, Duci Ludouico feuero partim, partim eius Fratri Henrico, tum Comitibus de Halse et Chambe cum castris Bruckeberg, Mainburgo, Walkershoven et Sigenburgo, beneficio potissimum Imperatoris Ludouici Bauari post pugnam ad castra Gamanolfesdorf, Herigolteshusen, Volkmaresdorf et Tuokbach an. 1313 sarenue pugnatam; erant tunc sub potestate ducum Landishutavorum. Anno denique 1564 Razenhoven cessit Leonardo de Mamming.

Ditiones Dominii de Razenhofen post an. 1557 Praefecturis Mainburgensi et Neostadiensi adiectae sunt; Sigenburgum vero Praeturae Voheburgensi.

Producemus, si faxint superi, in huius operis altera parte Litteras quam plurimas, nondum editas, quibus Dominium Razenhouense non nihil illustramus.

Capellae castri Razenhouensis Patronus olim erat S. Georgius, priscens Equitum Boicorum Καπελλας Φαιοτ.

Insignia comitum de Abensberg et de Rottenecke Seculo XIII, fere sunt eadem. (*)

Cele-

(46) M. B. Vol. VII. p. 108.

(47) Auentin d. Chr. d. 766.

(*) Vide Cod. dipl. Manielei S. Emmerami Insignia Gebehardi de Rottenecke an. 1262. Insignia Abensbergen-

Celebres quoque in Geographia antiqua sunt
villae Razenhouen et Razenriede proxime imperia-
lem vrbem Isny in Suevia, et Leutkirchen inter
Wangen et Campidunum, haud procul a Finibus
Tiroleos; in iisdem etiam Dominiis maiores comi-
tum Schirensium potentes erant.

CAPUT IV.

De Dominis Castris Sigenburg propter Abunsam in Paroecia Vimbaldsdorf haut procul a Monasterio Biburg et Rora, ad quos pertinuerunt quoque Pirkinwang, Pettindorf, Lauterbach et Willenberg iuxta castra Rottenburg et Peffenhausen.

§. I.

Dederat castrum Sigenburg, teste Aventino, olim comitatus caput, in pago Chelesgouue (hac enim in vicinia sitae sunt viliae Sandolfeshusun et Guntereshusun) canoniae S. Petri Monasteriensi advo-
catus, ex Lumbis Babonis, comitis Schirensis, or-
tos; quos inter Altmannum I, Eberhardi I de Ra-
zenhouen germanum Fratrem, haesitantibus in Ori-
gine huins prosapia Auentino et Hundio, ex Libro
traditionum S. Petri producimus. (1)

Post obitum c. an. 1086 Chunonis Senioris, Palatini comitis de Voheburg, Altmannus, monasterialis advocatus, suscepit Dominae Elisabethae Chunonis Palatini Junioris viduae, traditum praedium Argiftingiu in corona nobilissimorum Boioa-
riae Principum. (2)

Wezila

fium ex litteris, nondum editis, egomet ipse aeri man-
dari faciam.

(1) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LXIV.

(2) ibid. N. LVI.

Wezila nobilis coniux Altmanno I, duos Filios, Altmannum II, et Henricum peperit, (3) defuncto patre, in Vicem S. Petri Monasteriensis aduocatos. (4)

Fortasse et Aribus et Suitker haut secus in vicem nostra in Canonia aduocati, Fratres erant Altmanni I, et Eberhardi I de Razenhouen, Filiique Bononis Comitis. (5)

Altmannus I, aduocatus c. an. 1094, auctoque tumulo mandatus est in Canonia S. Petri. (6)

§. II.

Henricus I, de Sigenburg, Altmanni I, et Wezilae Filius, aduocatus S. Petri Monasteriensis, interfuit an 1097 Funeri patrui sui Eberhardi I; de Razenhouen; (7) et traditioni Rapotonis comitis, et Dominae Elisabethae; (8) et vita functo Rapotone an. 1099; in traditione Domini Geroldi Praepositi, atque Archipresbyteri; (9) testis post Bernhardum de Schiren, aduocati officium administrante Eberhardo II, de Razenhouen, c. an. 1098. (10) Rurus, quum Henricus, Burggrauius Ratisp. vineam proxime Ratisponam in manus nobilis viri, Henrici de Sigenburg traderet Monasterio Schirensi, praesente comite Ottone et testibus: Henrico de Biburg, Bertholdo de Vfelendorf et Fratre eius Ammelbreht, Rouperto de Rute, Engilmaro de

Griez-

3) ibid. N. LXVIII.

4) ibid. N. LXXII.

5) ibid. N. XXII. XLVII. L. LII. LIV. LV. LVI.

6) ibid. N. LXIV.

7) ibid. N. LXIX. LXX. LXXI. LXXVI. LXXXIV.

8) ibid. N. LXX. LXXI.

9) LXXVI. LXXXIV.

10) M. B. Vol. XIV. p. 195.

Griezbach, Eberhardo de Razenhouen, Hoholto de Wolmutsacha. (11)

§. III.

Altmannus II, de Sigenburg, Henrici I, Frater, (12) aduocatus S. Petri Monasteriensis an. 1095 (13) inter liberos Boioariae Dominos recentetur post Adalberonem de Outinhouen, cuius posteri Canoniam Scamhaupten Paroecia sua Vtenhouen ad Ilmam dotarunt, quum traderet nobilis Matrona Gertrudis de Herrenhusen praedium ad Longishart Monasterio Weihenstephanensi c. an. 1097; (14) eadem tempestate Almannus de Sigenburg tradidit coenobio Geisenfeldensi praedium in Vmbelsdorf pro redimendo damno Spoliis, et incendiis a se factis. (15)

Ecce tibi opportunam Regis Henrici IV, et Chunonis, comitis Palatini de Voheburg, aetatem. Idem Dominus Altmannus vindicat coram Marchione Vohburgensi Dietpoldo praedium Pirkenhart. (16) Teitem quoque primarium agit in Regis Lotharii Diplomate, an. 1129 Monasterio Prüflingenſi dato. (17)

In Monumentis Prüflingenſis Monasterii, cuius Abbas Aribi I, Monachorum Monasterio, extincta Canonia circa an 1129 primum Abbatem nomine Richardum dederat, (18) frequentissima est Familia Dominorum de Sigenburg; in primis ibidem

memo

(11) M. B. Vol. X. p. 397. c. an. 1110.

(12) Lib. Trad. S. S. Petri Monast. N. LXXII.

(13) ibid. N. LXIV. LXV. LXXIII.

(14) M. B. Vol. IX p. 378

(15) Vol. XII p. 335. 336.

(17) ibid. p. 151.

(18) Addit. Gewoldi ad Hundii Metrop. Salisb. p. 357.

memoranda venit Genige de Sigenburg nobilis Femina, et dives Matrona cum Filiis suis Altmanno III, Rachwino seu Rebino, Chadolto, Gebeno et Henrico Clerico, quae, XXXV talentis, a Fratribus acceptis, tradidit S. Georgio praedium in Pettenhouen, testibus Filiis, et Gerolto et Hartwico de Tanne in manus Friderici comitis de Bogen, Ratisponensis aduocati. (19)

Num haec Genige Altmanni II, an vero Henrici I, de Sigenburg coniux fuerit, ex curta monumentorum Suppellectile nemo facile divinatur. Maximi autem momenti est notitia de praedio Pettenchouen supra Ingolstadt et Geroltzingen, ac prope Gamersheim et Luipoldshouen, de quo alibi plura,

Testantur Genigae Filii Altmannus, III et Frater eius Rebinus circa an. 1126 — 1129 cum Ottone Seniore, comite Palatino, et Filio eius Ottoni, et aduocato Gotefrido et Gebehardo (ne dubita de Abensberg) aetate Chunonis I, Ratisp. Epi, et Friderici Abbatis Weltenburgensis. (20) Nouimus quoque an. 1133 Rahwinum de Schamhauppen, Pertholdi Fratrem, qua in Canonia Domini de Abensberg erant aduocati. (21) et Altmannum de Mirkelingen seu Maegrichingen (Maerching) curtile comitis proxime oppidum Pfering, castrum olim munitissimum, a confoederatis Rhenanis an. 1388 solo aequatum. (*)

Chadolt

(19) M. B. Vol. XIII. p. 85. N. VII.

(20) ibid. p. 333.; et in Litteris Cunonis Epi Ratisp. an. 1129 in Thef. nou. Jur eccl. Andr. Maier Tom. IV. p. 106, qua Charta propter testium, hac per continentum frequentiam, nihil praefantius.

(21) Hundii M. S. p. 288, et M. B. Vol. III. p. 406.

(*) Chron. Lunael p. 118 et M. B. Vol. XIII. p. 356. ad an. 1128. Avent. Chron. VII. B. p. 813. Castrum

Chadolt seu Chadalohus videtur fuisse haeres Dynastarum Kirchbergenium an. 1117. Ad Altmanum II, redeo.

Cum Dietpoldus II, Marchio de Vohburg roga-
tu matris suae Luikardis, consensuque vxoris suae
Adelheidis an. 1118 Monasterium Reichenbach ad
Regen Fluuum fundaret, his negotiis iterum ite-
rumque vna interfuit Altmannus de Sigenberg (22)
cum Ottone, Burggrauio Ratisponensi, Friderico II.
comite de Bogen, Geberhardo de Rittenburg, Per-
tholdo de Scamhaupten, Vdalrico de Steine, We-
rinhero de Labare, Albino de Brunnen, et Adalber-
to Fratre eius, Riwino de Voheburg, et Rudige-
ro, Fratre eius.

Altmannus rursum in monumentis Weihenste-
phanensis iterum iterumque testatur cum Ge-
behardo de Hittenburg, Ramo Biburgensis Fami-
liae, (23) Conrado de Biburg, (24) Vdalrico de
de Stein, auunculo Eberhardi I, Aepi Salisb., et
primo aduocato Monasterii Biburgensis, Reginoldo
de Otelingen, (25) cum Burghardo de Moseburg,
aduocato Canoniae Mosaburgensis, Ottone, Palati-
no comite Seniore, et Filio eius Ottone. (26)

Altman-

hoc Marchingen successu temporis Beneficium cessit do-
minis de Pettendorf, de Grille et de Wimamer, Mini-
strialibus comitum de Abensberg. Egi ibidem ego per
XX. annos Sacelli S. Hippolyti Capellani, et vidi
his de rebus litteras.

(22) M; B. Vol. XIV. p. 408. 409. 410. 416.

(23) Vol. IX. p. 383, et Vol. XV. p. 163. an. 1148, et Vol.
I. p. 141.

(24) Vol. IV. p. 402.

(25) ibid. p. 414, et Vol. IV. p. 26.

(26) Vol. XI. p. 427.

Altmannus in Libro Traditionum S. Emmerami
sub an 1150 (27) inter defunctos recensetur II ne,
an vero III, discerni difficulter potest.

Altmannus III, de Sigentburg an. 1157 iterum
testem agit post Henricum de Wolfrateshusen cum
Wernhero de Laber, Erbone de Biburg, Piligrimo
de Wolmutsaha in Diplomate Regis Friderici I, quo
decreuit, Feminas ab Abbe S. Emmerami non esse
infoedandas. (28)

An. 116: Altmannus de Siegenburg, ingenuus
cognominatus, cum Ekeberto comite de Nuinburch,
(Neuburg et Schardingen) Chunrado comite de Ron-
ingen, Domino Babone de Zollingen, Vlrico de
Stein, Wernhero de Gibesdorf, Friderico de Bruck-
berg, et Fratre eius Adelberto. (29)

An. 1171 in frequentissimo Comitum, Nobilis-
simumque omnis Bauaviae conuentu ad urbem
Mosaburgam nemo Sigenburgensium, quamuis Altmannus
et Eberhardus, nobiles Liberi de Abens-
berg, magni momenti negotium tractarent, ad-
paruit. (30) Videtur itaque mihi hoc Tempore, Li-
nea Altmanni I de Sigenburg cum Rudigero (31)
extincta, castrum Sigenburg iure aucto ad Dominum
Altmannum de Abensberg et Reizam de Roningen,
coniugem eius, rediisse, cuius Filius Altmannus
castrum Sigenburg inhabitarat, ductaque Vdalrici de
Steine, qui sub an. 1232 in Italia occubuit, Soro-
re, Castrum Stein ad Scamaham a nomine suo Alt-
manno

27) Cod. Trad. Emmeram. apud B. Pez T. I. P. III. p. 150.

28) Lib. Prob Mausol. Emmeram. p. 151.

29) Cod. Ebersberg apud Oefel. T. II. p. 47. 48, et M.
B. Vol. III. p. 59.

30) Pez Thes. Anecd. nou. T. III. p. 782. et Hundii stem-
mat P. I. p. 4.

31) M. B. Vol. IX. p. 546.

manno Altmannstein nuncupauit. Defuncto sine Liberiis Almanno de Abensberg, Sigenburg et Altmannstein, successit circa an. 1260 Meinhardus II, de Lapide ex Familia de Rottenecke, advocatus Rorenis canoniae, maritus Petrisae et pater Meinhardi III, comitis de Rottenecke, Ottonis de Steine, seu Altmannsteine, Vdalrici I, Domini de Abensberg, et Gebehardi de Rottenecke. (32)

Vt tres Meinhardos de Rottenecke seculo XII, et XIII, contra Auentini tabulam XXIX statuamus et distingamns, non monumenta duntaxat boica, sed mater etiam Henrici II, Episcopi Ratisponensis, Beatrix, nuper a me in membraneo antiquorum censuū Libro Sixti de Preising, canonici Ratisponensis, detecta, fuadent. (33)

§. IV.

De babonigena Familia de Bogen.

De Hartuico I, comite de Bogen, c. an. 1074 defuncto, cui Rex Henricus III, an. 1054. in pago Nortkowe, et in comitatu Heintici comitis sex regales mansos concessit, (34) cuius etiam Filiorum, Friderici I, et Aescuini potentiam Rex Henricus IV, eadem Libertate inferiore in Boioaria ad vtramque Danubii ripam, et quatenus Boiemiae continuatur, (35) praecipue in Marchia Camba (36) adauxit;

(32) M. B. Vol. XII. p. 398 an. 1251.

(33) Idibus febr. idem dns (Bairstorfer) in die Policeti Martiris dabit vnam Libram den. Ratisp. de Choral in Laerweintingen pro anniversario Beatricis, quae fuit mater Heinrici Epi de Rottenek. Eandem Beatricem antiquis ex tabulis monasterii inferioris Ratisponae producit Paricius p. 182.

(34) M. B. Vol. XI. p. 95.

xit; actum ager; si quis certiora, potioraque ex Monumentis, quae extant, speraverit, quam quae literatissimus Hermannus Scholliner, haut secus de illustrissima hac Familia quam omni de antiquitate boica optime meritus, ex instituto, voluntateque Accademiae scient memoriae prodidit; nihil enim intentatum omisit, nihilque fere reliquum nobis fecit inquirentibus praeter annum, quo Caput huius Familiae, Babo comes, mortem obiit. Fugit etiam Speculatorem solertiaissimum, Notitia Litterarum Adalberti III, comitis de Bogen, quibus castrū Gurkfeld et ad Flumen Sauam in Carinthia inferiore (quod olim ap. 895 et 898 Marchio Lupoldus, Ducum Boioariae Sator, iam tunc possederat) obpignoravit c. an. 1190 Archiepiscopo Salisburgensi, et Filii eius Adalbertus, Bertholdus et Leopoldus an. 1202 Eberhardo II, ibidem Aepo, proprium dicarunt. (*)

§. V.

Coniectura de Satore Comitum de Rottenecke.

Meginhardus, seu Meinhardus comes, ac viliae Hiebrechteshusen proxime Wolmutesaham et Rottenecke an. 1070 Dominus, in Monumentis S. Petri Monasteriensis et S. Emmerami frequens (37) Babonidis adnumerandus videtur, eo quod Dynastae castrorum Rottenecke at Abensberg Seculo XII et XIII, in Familiam suam iterum iterumque receperunt nomen Meinhardi; absque prole forsitan obentis

(35) Auentini Annal. Libro V. ad an. 1078.

(36) M. B. Vol. XI. p. 96.

Extant hac de re litterae in Kleinmaieri Notitiis Iuvavias p. 369.

untis. (**) Obseruabit quoque sedulus Monumentorum Boicorum Scrutator, Meinhardum quendam ante an. 1062 cum Afcuino comite de Bogen Altaiae inferioris invicem aduocatum fuisse. (38) Verum enimvero rem expeditu arduam magis impediti aequales illorum temporum Tiemones, Ekiberti, et Meinharti comites de Forenbach et Windberge ad Oenum id temporis potentes in Tungau, Suinabgoue, et Chonzingoue, ac patroni Ecclesiae Ratisponensis; (39) compertum autem est, Forenbacenses comites cum Adalberone Episcopo Wirzburgensi, propinquo suo, defecisse ab Imperatore Henrico IV.

Operofius, quam veri Similitudine Hermannus noster Hartuico I, comiti de Bogen, Babonis Abifau Filio, duas Coniuges, aetate quam maxime inter se disiunctas connubio iunxit, Timonis I, de Forenbach Filiam Hazigam alteram (40) alteram Bertham, Bellae I, Regis Hungariae, an. 1063. vita functi, gnatam, sororem Sophiae, coniugis Magni, Saxoniae Ducis, quam Haruicus calculo Hermanni admodum fenex, ausis profecto iuuenilibus, Ratisponae ex Sanctimonialium clauistro rapuisse, atque ex ea Fridericum I, Ratisponensem advocatione progenuisse fertur. Non contrainimus Hermanni conjecturis, Filiaeque Timonis, Ratisp. Dioceſeos aduocati, ingeniosa enim est conjectura, nec rationibut destituta; dubitamus tantummodo, Timonisne I, an vero II Filia fuerit Haziga; Timonis I nata fave-

ſyſte-

(**) Tabula

37) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LII; M. B. Vol XIV.
p. 186; Cod. Trad. Emmeram. p. 108. p. 110.

38) M. B. Vol. XI. p. 20

39) Vol. XI. p. 148. 151. 154. 156. 158.; et Cod. Trad.
Emmeram. p. 108.

40) Neue B. akad. Abb. IV. Band. Tabb. B. C. D.

systemata Hermanniano; Timonis vero II, Filia nostra, quam statuimus de Babone comite, Epochae; floruit enim Timo I. comes de Forenbach an. 1005 et 1009 in pago Suenihgoue, (41) et nisi mendoza charta Emmeramensis (mallem enim legere an 1083) an 1028 superstes. (42) Timo vero II iisdem in Finibus comes erat an 1040, 1048 et 1049, (43) cui successit Vdalricus Filius an. 1048, (44) ex Monumentis quoque Geisenfeldensibus notus. (45)

Nonne quinquaginta fere annis distat obitus natorum Hazigae ab obita Filiorum Berthae, iisdem ex Lumbis paternis Hartwici progenitorum? Missos, amabo, faciamus Hartwicum, Episcopum Babenbergensem, an. 1054 defunctum, ac Leopoldum, Aepum Mogantinum, an. 1060 sepultum; nihil enim conhaereset um Friderico I ac Ascuino II, Hartuici I de Loencfiliis, post an. 1100 mortem obeuntibus. Heinricus de Rottenecke, Epo Ratisb. Canoniam Spalt haud procul a castro Abenberg cum Reginpotone, Epo Eichstettensi, circ. an. 1277 — 1296 permutabat. Haec quoque Notitia antiquam matrem Babonidum innuere mihi videtur. Hund Metrop. Salisb.

41) M. B. Vol XI p. 134-136. 42) Cod. Trad. Emmer. p. 108 Testes filii Ruperti comitis, et ratisp. Praefecti Henricus et Babo fratres Ottonis Epi Ratisp. an. 1089. defuncti hanc tabulam corruptam produnt; nihil dicam de reliquis testibus contra morem aetatis adlatis, neque de Henrico Rege, tunc temporis admodum puer, an. 1028. Rex quidem unus eff. Boioriam autem administrabant Ernestus, priuignus Conradi II. Regis an. 1029, et an. 1034. Adalbero comes de Ebersberg; vide Diploma apud Vdalr. Babenberg. T. II. p. 110; et Meichelb. T. I. P. I. p. 230.

43) M. B. Vol. XI. p. 148. 151. 154-156.

44) ibid 156

45) Vol. XIV. p. 183; et Vol III. p. 246; Hundii stemmarogr. P. I. p. 126. † an. 1096. Chron. Reichersberg.

Salisb. p. 72. Editio prima. Erat etiam benignus
Monachorum Monasterio.

CAPUT V.

*De Comitis Babonis Filiis subpositis, et minus
exploratis.*

§. I.

Et Auentinus et Hundius Babonis inter XXX
Filioe absque publicarum tamen tabularum autoritate
recensent Rupertum, Comitem de Rietenburg,
vrbis ratisponensis Praefectum, Aribonem comitem
Palatinum de Burghusen, Erchanbertum de Biburg
et Steine, Wezilonem de Freidenberg, Annonymum
Satorem Dynastarum de Labera, Dietmarum
seu Timonem de Dorenberg, Satorem Dominorum
de Lungouue, de Leonsberg, et Lenberg, ac Fundatorem
Coenobii Elsenbacensis ad Rotam Flunium,
S. Henricum de Eberharteshusen, S. Loybrigonem
de Suanicandorf seu Swandorf ad Nabam, Embriconem,
Abbatem Monasterii Einsidelenfis, Bertholdum
I Comitem de Lechesgemunde et Graisbach,
alias de Burgecke, (1) quibus addit veteri in re
diplomatica insignis et exercitatissimus chr. Frid.
Pfeffel Hermannum comitem de Abenberg (Aueckenberg)
Marchionem Nordgauensem, et editor M. B.
Voluminis XII Vdalricum de Rota, an. 1079
comitem in pago Zidlarngouue, (2) ac nuper Herm.
Scholliner Ascuinum de Ering in Rottagowe comi-
tem in pago Zidlarngowe an. 1050, autore W.
Lazio. Isdem Babonidis Monachi Reitenhaslacen-
ses

(1) Hundius Stemmatol. P. I. p. 103., autorem citat Auentinus, qui in Annal. L. VII. p. 789. idem adserit.

(2) M. B. Vol. XLI p. 22.

fes adnumerant Satores Dominorum de Tegernwanch, autore Conradi I Aepi an. 1146, reparatores Monasterii Reitenhaslacenfis et ad Isanam, Rotam et Alzam potentes.

Certioribus Babonis Comitis Filiis adnumerare ausim, Babonem comitem in pago Kiemigouue an. 1062 ex Diplomate Henrici IV Regis, notum, (cod. diplom. Juvav. cit p. 256) quem si filium damus Baboni comiti in eodem pago an. 1021 Praesidi (Liber Prob. Emmeram. p. 133) patris successore cognominem habemus, et Fratribus reliquis aequae-
num. Dietmarus II Aepus Salisb. Frater Wezilonis Pa-
latini comitis audit et Engilscalei (H. M. B. vol. XIV
p. 372. Baldwinus Aepus successor Dietmari II ab
eodem Aepo educatus perhibetur. Frequentes sunt
sub Balduino Aepo ab an. 1041 — 1060 Babones,
Wezilones, Egilberti, Sigehardi et Chunones, Mar-
guardi, Wolframi, Altmanni, Ascuini, Vgones, ozi.
(cod. dipl. Juvav. a pag. 247 — 254)

§. II.

Trium priorum Originem a Babone Abunsano deducentes, oleum et operam perdiderunt; conie-
turam enim eorum de Ruperto comite et Burggra-
vio Ratisponensi Biographi Conradi Aepi testimo-
nium euertit. Qui enim fieret, vt pater Conradi
Aepi Salisburgenfis, quem sine controversia Filium
Babonis cognitum ac conpertum habemus, Sororem
Henrici Burggrauii, Filiamq; Ruperti, Fratris sui,
incesto connubio sibi iunxit, nemine reclamante,
quemadmodum an. 1055 incesto Ottoni Marchioni
contigit, cuius condonationes, Ecclesiae Frisingensi
Factas, Rex Henricus III abominatus, in Fiscum re-
cepit?

cepit? (3) Haut tamen diffiteor, Rupertum quendam inter Babonidas Cognominem reperiri, longe autem diversum a Ruperto, vrbis Ratisp. Praefecto.

§. III.

Multo minus inter Babonia Filios locum obtinet Aribus hundianus, Comes de Scala et Burg-husen, Hartuici Palatini comitis Filius, de Haegirmos; generis enim eius incunabula Hermannus noster synchronis ex chartis sic subtexuit, ordine enumeravit, et, prolatis tabulis, confirmauit, ut nullus dubio locus superfit.

§. IV.

Erchanberti de Biburg stirpem monumenta nobis Ebersbergensia subministrant, et Auentini Tabula XXVIII; crassum itaque Hundii errorem praeterire non possum, qui eadem incuria Gebhardum I de Abensberg, et Sophiam de Biburg incesto commaculauit matrimonio.

§. V.

Wezilonem de Freudenberg nullibi reperimus; de Lintaha vero, castro Freudenbergensi vicina prope Metropolim Ambergā, Ascham et Pangarten et haud procul ab Ascha, Siebeneichen, Popenriede, et Amarthale in Nordgouia sese iterum testem subscripsit

(3) Meichelb. T. I. p. 251, et P. II. p. 485. N. MCLII.
et p. 491; idem Otto videtur mihi fuisse aduocatus Nitkeri Epri frising. an. 1039 — 1052. fragm. ibidem P. I.
p. 242, et P. II. p. 513. 514. 512; et Frater Paponis
Comitis, seu Wernharrii, Sapidi Canonorum (Ecclesiae frisingensis) Trouloris, seu aduocati, ibidem p. 494.
et patruetis Sigibaldi aduocati.

scripsit Wezilo quidam, Frater Aribonis inter Babonis Filios in tabulis Geisenfeldensibus, et Weltenburgensibus c. an. 1060. (4) In codice Ebersbergensi nuncupatur Werinherus de Lintaha, testis cum Guntpolto comite et Hartwico de Berghouen. P. 26.

Extat quoque castrum Freudenberg in Carinthia ad S. Vitum, Friesacham inter et Clagenfurtum ad Flumen Olkzam, fortasse Wezilo in utroque citionibus munificentia Regis potens. Meminit Hundius in Metropoli Salisburgenfi Matronae Haemmae de Razenkouen, viduae Wilhelmi comitis de Friesach et Celsach, de qua alibi differam.

Si nequiam Wezilonis Filii incunabula in Nordgouia et Carinthia inquirimus, supereft Lintaha, nobile olim castrum, proxime Monasterium Hohenwart et Ouwe et Schenkenaue successu temporis Schirenſum comitum Ministerialibus Dominis de Sandizelle Seculo XII. Subditum, non procul ab Altenburg, Eurenbach, Münzenbach, Geroidesbach, et Schiren, vnde plurimae Monasterio S. Petri nostri donationes, vt supra dictum est, manabant.

§. VI.

Domini quoque de Ascha frequentes cum Eberhardo I de Razenhouen testantur; (5) suspicor itaque, Liutahensem, Aschahensem, Freudenbergensem et Sibeneichensem vnam eandemque, a Babone descendentem, fuisse Familiam.

§. VII.

4: M. B. Vol XIV. p. 181. 182. 183. 185. 188. Vol. XIII.

5) Col. 319
Bimmeram, apud B. Pez T. I. P. III. p. 132 Lib.
Tract. S. Petri Monast. ad an. 1097. N. LXXI. LXXII.

 §. VII.

De Monasterii weltenburgensis aduncatis.

Monasterii weltenburgensis praedia, prata et nemora castris Abensbergenium et Cheleheimenium Dominorum contigua sunt, eidemque Coenobio decimae ac reliqui redditus maximus ex parte ex abundo et cheleheimensi agro penduntur. Adiocati Monasterii Seculo XI et XII erant Domini de Labera, de Werde, de Arbenhouen, Harlanden, Sickelingen, Ouuenshouen, Scambach, Scamhaup-ten, Sinzingen, Tagertingen, Aueckingen, Rore, Essingen et Brunnen, a Babone, eiusque Filiis, teste Auentino, originem trahentes.

Summa cura et opera weltenburgensium monumentorum tabulas perlustrans, obseruabam primū, easdem annum 1040, obitumque Patris Babonis, demtis Necrologio ac Diplomate Regis Henrici III, aliisque perpaucis Fragmentis neutiquam adtingere, ideoque nullam de viro isthoc principe in iis mentionem fieri. Alterum est: a scriba weltenburgensis Codicis, Seculo XV florente, nullo ordine, nullaque habita temporis ratione, Notitias e vetustiore codice fuisse consarcinatas. Conplures quidem reliquias editor Voluminis XIII B. M in ordinem rededit, singulas non potuit; plurimae enim sunt perplexae, atque manca haec, indigestaque obsoletarum Chartarum moles ipsum Auentinum adeo impediit, ut incertus exceptam praedictarum Familiarum inquisitionem missam faceret. (6)

Primum

6) Auent. Tab. Geneal. XXVII.

Primum weltenburgensis Monasterii advocatum reperi Wernherum, qui obiit Altha XIII kal. Maii. (7) ni fallor, ipfissimus pater Babonis abundani, an. 994 aduocatus frisingensis, Frater Sigiharti, comes in pago Tunekau an. 990 — 1000, aduocatus S. Wolfgangi, et Filius Peretoldi, Arnolfi II Ducas Boioariae Filii, atque in membranis S. Petri Monasteriensis diuersim iam Babo, iam Perinhart, modo Werinharius dictus. Liceat mihi, amice Hermanne, hanc coniecturam per te, extremam in monumentorum naufragio tabulam, arripe; hanc etenim veniam petimusque, damusque vicissim. (8)

Babonem, XXX Fillorum patrem, weltenburgenses inter advacatos numerare eo non dubito, quod aut in defunctorum aut beneficorum Fastos III Non. Martii solenni ritu est relatus a weltenburgensibus Monachis. (9) Post Babonem Clientelam Rupertus cum Fratribus Hartuico, Engilmaro et Grimoldo Babonis Filiis vicissim fulcepisse mihi videatur.

-
- 7) Necrolog Weltenburg. p. 480. Auent Tab. Geneal. XIX Cod. Trad. Emmeram, apud B. Pez. T. I. P. III. p. 101 94. 93. 97. 95; diuersus enim a Papone urbis Praefecto synchroño, qui nostri Weinharii Sororius foisse videtur per Mathildam coniugem, Chunigundis filiam ibidem p. 106; si haec coniectura constaret: Ruperti urbis Ratisp. Praefecti esset aunculus Wernherus hic, et Chunegundis vxor Peretoldi, Arnolfi II filii.
 8) Rx eiusmodi coniecturarum voragine Hermannus etiam Scholliner, arreptis votiuis tabulis, quas Arenbeckii et Auentini Chronico Abensbergae in Carmelitarum coenobio, in Sibeneichen prope Sulzbach in Palatinatu Superiori Bavariae, et in Parthenione Mariaeburgenfi in Franconia suspendi fecerunt, evanit exspes; recentiores enim sunt, et secula XVI et XVII non excedunt. Neue hist. Abb. der churf. B. Akad. der Wissensc. IV. Band. Tabb. IV. V. VI., ibid. in Cod. dipl. p. 381. 382. 383.
 9) Necrol. weltenb. p. 477.

tur. (10) Hunc Rupertum Auentinus a Ruperto Burggrauio Ratisponensi, qui cum Filio suo Henrico heic loci iterum testatur, non distinxit. (11) cum vero Filii ac nepotes Ruperti ratisbonensis Praesidis nunquam advocati huius Coenobii adparent: error Auentini patet. Rupertum potius de Rore, Magni seu Magonis patrem, et Adalberti Fundatoris Canoniae rorensis auum, vltro inter Babonis Filios admittimus. Hartuicum aduocatum producit Matrona Kunigunda, Gotescali vidua, quae in Siklingen per manum Ebaronis (satoris, ni Fallor, Ebranorum de Eparaneshusen Willenberg, Pirichinwang et Lauterbach) hubam traderet. Testes: Grimolt, Chuno, successu fortasse temporis Palatinus comes Voheburgensis, Durinhart, Timo, Magonus, Erchanger. (12)

Engilmarus quoque de Sinzingen, castro ad Labarae ostia haut procul ab Abaha et Prüfelingen, aduocatus erat Monasterii weltenburgenis, (13) pater fortasse Henrici de Sinzingen in monumentis geisenfeldensibus obuii; (14) aequalis est Engilmarius Grimoldo er Henrico de Sikilingen, primis testibus, quam humaretur Altmannus I, Eberhardi de Razenhauen Frater.

Grimoldus vero aduocatus aetate Ottonis Ep̄i Ratisp., qui obiit an. 1089; (15) Fratrem Babonidum prodit tabula codicis weltenburgenis XV (16)
sub

(10) M. B. Vol. XIII. p. 310. N. II.

(11) ibid. p. 311. 312. 322.

(12) ibid 312. 313. 318

(13) ibid. 310. 316. 314. 315. 317. 319. 320. 321. 322,

(14) M. B. Vol. XIV. p. 183.

(15) M. B. Vol. XIII. p. 322.

(16) ibid. 317.

sub Eberhardo Abbatte et aduocato Egilmaro exarata. Testes: Grimolt, Heinrich, Altman, Aribō, Otto, Sigiboto; diuersus est a Grimoldo de Vmbilstorf, qui Grimoldo aduocato testis adstabat, (17) coaevus Magono de Ror et Ariboni comiti. (18) Grimoldi aduecati coniux Luikardis, Filius eius Godefri-dus I.

Gotefridus I de Sikelingen, Arbenhouen et Werde, aduocatus an. 1123; (19) sub Hartwico I Epo Ratisp. pro animae remedio tradidit Vineas in curtili Irnsingen, vicus est e regione Villae Sikelingen ad Danubium et Abunsae ostia. Huius Gotefridi, Filiue eius cognominis opera iterum, ite-rumque vius est Dietpoldus Marchio de Vogaburg, cum fundaret Monasterium Reichenbach an. 1118. (20) Gotefridus hic homo potens et praedi-otrumquoque diues proxime Ingoldestadium, (quem-admodum Babo, et Ekehardus et Gerolt sub an. 1030 ad Pettenhouen Gerolsingen, Sehouen et Zu-cheringen, (*) Dominus Bernhardus noster, et Filius eius Wolfgozus ad Parram) in extremis suis seculo abrenuncians praedium Gerolfingen, eiusque incolas iure Libertatis donatos Monasterio Priflin-gensi tradidit per Wernherm de Sehouen, et Pern-gerum de Zuohiringen; Testes: Wernherus de Brunnen, et Fratres, Adalbertus et Fridericus; (21) nec vestigia desunt, eundem Gotefridum suisse Ca-stella-

(17) ibid 322.

(18) ibid. 327.

(19) ibid. 334. 336. 331. 333. 327. 328. 329. et Necrol. 478.

(20) M. B. Vol. XIV. p. 407.

(*) M. B. Vol. XIII. p. 349. et p. 85. Memineris, bellum, etiam Villarum Gamersheim et Lupoldeshouen eadema in vicinia.

(21) Vol. XIII. p. 38. 39. 115.

stellanum Castrum Norimbergensis, atque Burggrauios
vrbis huius iuperialis ab eodem Gotefrido I de Si-
kelingen descendere.

Gotefridus II de Werde, advocatus an. 1155;
aequalis Hermanno de Arbenhouen, (22) et Eke-
hardo de Werde, qui praedium Walchunsbach per-
tinens ad Monasterium Rotam in manus Filii Hugo-
nis conseruandum Bergero de Pfaffenhausen lega-
uit. (M. B. vol. X p. 19.)

Gotefridus III de Werde, aduocatus an. 1184,
vxor Bertha, Conradus Filius eius, aduocatus. (23)

Conradi Filii Otto et Vlricus. Otto de Wer-
de advocatus. (24)

§. VIII.

De Dominis de Labera.

Quinque in Bauaria amnes uumeramus, La-
bras nuncupatos. Tres in Nortgouia, quorum bini
juxta Preitenecke, seu Praitenbrunnen, Altenburg.
Werde et Dietsfurtum ab Almona recipiuntur (*)
Tertius, Labera nigra, in Westermangouue Castra
Parsberg, Lupurg, Lapidem nunc Ehrenfels, Perehar-
teshusen, vulgo Berezhausen, Ezzenberg, Scambach
arcem Laberam, Loch, Ellenbrunnen rigans, supra
Ratisponam prope Sinzingen in Danubium emitti-
tur. Praeter istos Labera maior et minor. Maior
praeterlabitur castra Pessenhusen, Hazekouen, Lau-
terbach,

(22) ibid. p. 337. 182 et Vol. IV. p. 528, an. 1153.

(23) Vol. XIII. 343. 482. 344.

(24) ibid. 490.

(*) Domini de Praitencke et Praitenbrunnen erant aduocati
Monasterii Weltenburg extat enim in Necrologio ibidem
II. Idus Jun. Euphemia de Praiteneg aduocata nostra. M.
B. Vol. XIII. p. 482.

terbach, Rottenburg, Labersberg, villam Laberam, Giebesdorf, Santesbach, Lankweide, Monasterium Praeringen, Schirlingen, Lintaham, Sunichingam, Aufhüten. Minor castra Kirchbergam, Roningen, Hofedorf, Afinkouen, Monasterium Madalhartesdorf, Laberweinting, Grauentraubach, Salahan, Giselheiring. Praeposituram emmeramensem Habilingam vulgo Haidling, (*) et Hetigilingam in pago Tuungauue, nunc Hirsching. Juxta linguas hasce Laberas ditionibus potentes Babonidas repertimus.

Hildebrant clericus c. an 1060 consensu matris Diezzae praedium Laber per manus Durinchardi nobilis de Tagirtingen tradit Coenobio weltenburgensi, testes primi sunt: Aibo et frater eius Wezilo et Chuno, (25) Quamuis Aribonem hundianum a Familia Babonis ercemos: recipimus tamen in eandem Aribonem monasterientem, in villis Arbenhouen, Seamaha. Tagirtingen prope castrum Abensberg hac aetate notiorem, quem Charae weltenburgenses comitem, et codex S. Petri Monastiriensis aduocatum nuncupant.

Domini de Labera perpetim nomen sibi Werinharii absque dubio a Babone adsciscabant. Auentinus eorum genus ab Engilmaro de Sinzingen et Laber, advoco weltenburgensi, et Babonis Filio deducit; (26) cui subiungit Hadamarum et Werinharium. Werenherus de Laber an. 1118 interfuit Fundationi Monasterii Reichenbacensis; (27) Engilmaro

(*) Heic loci nuper admodum vir praecl. et venerabilis amicus, Praepositus ibidem Romanus Zirngibl ruinas vetustissimi Monasterii Pergae, quo de agit Charta Regis Ludouici Pii aerate, litterato orbi monstrauit.

25) M. B. Vol. XII. p. 318.

26) Auent. Tab. Geneal. XXVII.

27) M. B. Vol. XIV. p. 498.

maro Fratrem tribuit Gotescalcum, cuius Coniux Kunigunda hubam in Sikilingen tradidit. (28) Testes: Grimolt, Chuno (fortasse Palatinus) Durinhart (de Tagirtingen) Tiemo seu Dietmarus, Magonus, Erchanger.

S. IX.

Familia de Scamaha.

Plures sunt villae, olim castra, in Bavaria Scamaha nominata; primum prope Arbenhouen et Abensberg, alterum ad Scamahae ostia, proxime Castella Rietenburg, Brunnen, Effingen et Randeke, vbi idem riuus in Almonam intrat; aliud prope Ezzinberg ad Laberam, aliud denique Aiterhofen inter et Wischiliburg in Tunkouue, vernacule Tunka im Tunkelboden, cuius incolae a Romanis Tunicates Apiano, et Gewoldo nuncupati videntur; (*) quam vocis notionem a pago Donaugau distinguidam puto; habuit enim vterque pagus diuersum comitatum suum, id quod suo in Loco demonstrabo.

Erchenger de Scamaha erat aduocatus geisenfeldensis Coenobii aetate Gebirgæ Abbatissæ, quem admodum Bato, Hartuicus, et Eberhardus I de Razenhauen, cum Filii Adalberonis Carinthiae Ducis, ac Castellorum Mosbach, Hochenburg et Murach, atque, nisi summopere fallor, Ditionum etiam Leukenbergensem in Nortgouia Domini, et per Fratrem Ernestum Sator comitum de Castel, Adalbero Cleri-

(28) Vol. XIII. p. 312.

Delineatio Norici Veteris, eiusque confinium vna cum Nomenclatore a Christoph. Gewoldo Ingoltadii anno 1619 edita: Tractus Tungeue incipit supra Geiselhoeching, et pretenditur usque Thaelingam fere.

Clericus, et Germanus eius Marquardus, filium Mosbach tradiderent; (29) primus testis est Gerolt, idem credo, qui eodem tempore ebersbergensis advocatus audit. (30) monui iam Lectorem, Babonis Filios, comitum ebersbergensium propinquos, ac haeredes, et Monasteriorum, ab iisdem fundatorum, aducatos fuisse.

Erchangerum de Scamaha, fratremque eius Magonum de Frikendorf cum Timone de Brunnen, atque Adalberone, Filio Adaltrici comitis de Sempa testes reperimus in Codicibus ebersbergensis. (31) Idem Erchangerus intertuit animae remedio Adalberonis, Carinthiae Ducis, c. an. 1039 in Monasterio geisenfeldensi sepulti, vna nobilissimis cum testibus, Heberdo et Ernesto, Fratribus eiusdem Ducis (quos Satores Marchionum de Hohenburg, et comitū de Mosbach et Murach in Nortgouia ex Tabulis probabo) Chunone de Ebenhusen. Chunone de Vohburg, Wezilone de Lintaha, Hartuuico de Perchhouen — Magono de Frikendorf, Dietmario de Afinchouen, Oudalicaik de Elsfendorf. (32)

Erchanger de Seambach primus testis, cum Eberhardus comes ebersbergensis villam suam Geisenfeld, Vailenbach cum nemore, et IV Ecclesiis decimatis (Hege, Langenbrucke, Burchartsriede, Stephanberg, nunc montem S. Castuli nuncupant) praeterea Mecinbach (perperam Münzenbach prope Schire) Guttichenhusen, (volgo Gikenhausen ad Ambram

(29) Vol. XIV. p. 182. 185. Idem Adelbero clericus postea 1054 electus est Episcopus Babenberensis et † 1060; erat confessorius Regis Henrici III.

(30) ibid. 185. 184.

(31) Cod. Ebersb. cit. p. 22. 23.

(32) M. B. Vol. XIV. p. 185.

Ambram proxime Massenhausen et Ottenburg) Gaimershaim, et Santesbach ad Labaram maiorem, viculisque adiacentibus traderet Monasterio geisenfeldensi. Testes: Erchanger de Scambach, Hertwich de Perghouen, Wezil de Lintaha, Adalberto de Perg, Magonus de Frikendorf, Dietmar de Afinchouen, Ruotpreht de Operanhulen, Chuno, Filius Poponis, Timo de Umbelsdorf, Vodalscalch de Elsendorf, Crimolt de Miransperch, Erdo de Monasterio. (33)

Erchanger primus testis, cum Gerolt, nobilis homo, III hubas, et VI mancipia daret in villa Aeresingen pro alimento Filiarum suarum. (34) Rursum in donatione Diemutae Matronae, matris Ottonis et Warmundi testis cum Hartuico, Wezilone, Ruperto et Heberhardo. (35) Et sub an. 1060 Willibirge Antifititi, Eberhardi Comitis de Sempta sorori primus testatur. (36) Aetate Hartuici aduocati weltenburgenis in traditione Kunigundis, matronae et viduae Gotefcalci in Sickilingen, c. an. 1050 facta, cum Grimoldo, Chunone, Durincharto, Tie-mone, Magono. (37)

His adductus indiciis, Erchangerum de Scambaha, fratremque eius Maganum de Frickendorf a Babonis Filiis non segregandos censeo; siqua enim in charta Babonidum notitia superest, in hisce, quas modo protulimus, latere existimo.

§. X.

Domini de Frikendorf.

Villas, Frikendorf nuncupatas, in Praefectura mosaburgensi binas reperi; alteram ad Abunae Fontes,

33) *Ibid.* p. 181. 34) *Ibid.* 185. 35) *Ibid.* 187. 36) *Ibid.* 188. N. XXII. 37) Vol. XIII. p. 312.

tes, ad Dominos de Wolmutesaha olim pertinen-
tem, alteram proxime Herigolteshusen, Suarzol-
fedorf et Gamanolsesdorf, qua auita in arce Otto,
Hungariae Rex, et Dux inferioris Bauariae, an.
1312 de vita decepit, ac Ludouicus Bauarus, in-
structa ibidem an. 1313 acie, Austriacorum exer-
citum, Ottonis Regis orphani tutelam occupantem,
ad ostia Amberae in agro Voikmaresdorfs incluta
strage superauit, fortitudine sua Imperii germanici
fasces meritus. Haec ad Loci situs notitiam.

De nobilitate frikendorfensi schirensi passim cum
Familia obvia, ex tabulis sequentes subpetunt.

Capite iam primo ostendimus huius viciniae
Dominos, in primis Palatinos aetate Carolidum co-
mites: Timonem an. 831, Meginhartum I (Brun-
nero perpetam Morhardum) an. 834, Fritilonem
an. 843, 851, 854, Ratidum an. 857, Megin-
hardum II an. 883; nec non Arnolfi Regis, Filii-
que eius Ludo iei consanguineos, Sigehartum co-
mitem de Sempta, aduocatum Abbatiae mosabur-
gensis, et Luitbaldum, Schirensium Comitum Sato-
rem, ac Herigoltum, seu Heroltum, Altahae infe-
rioris an. 905 aduocatum, et patrem Albrici, ibi-
dem aduocati, qui fuit patruelis Arnulfi Ducis, et
ni vehementer fallor, pater Herolti Aepi Salisbur-
gensis.

Arnulfus I, Boiorum Dux, ceteras inter vil-
las Monasterio Tegernseensi c. an. 920. subtraxit
Fricchindorf, Munihha, et Siezbach, (38) eaedem
villae proxime Herigolteshusen ad villam Phetra-
ham,

38) M. B. Vol VI. p. 162. et 175; discimus hac ex noti-
cia ditiones Schirensium comitum, quas Arnulfus Dux
Beneficii nomine belli Sociis largitus est.

ham, et riulum eiusdem nominis statae sunt, Frikendorf, München superius et inferius, ac Sießbach nostro tempore dictae.

Tempestate Arnolfi II, Comitis Palatini, omnia me vestigia hanc in rem relinquunt; subministrarent quidem binae Chartae lunelacenses, a Tutone Ratisp. Epo an. 951 et 955 exaratae, (39) notitiam aliquam' sed vereor, ne quid ab editore codicis vitii sit oblatum annorum numero; quid enim Arnulfo II Duci cum Tutone Episcopo Ratisp., ac Christiano Epo Pataviensi, nisi binos Tutones, binosque Christianos Epos sub an 950 aequaeuos statuas? (*) Meretur solennis haec curia, ab Arnulfo II, Duce Bauariae, Ratisponae habita, propter illustrissimorum Boiariae Procerum conuentum, ab Academia boica ut expendatur, et conferatur cum Ratheri Epi Veronensis exilio, de quo Annalistia Saxo ad an. 954 scribit, (**) nec non propter bellum expeditionem Arnulfi I aduersus veronenses suscepit, quam contra quorundam autorum Sententiam Arnulfus II suscepisse mihi videtur, euerso castello Verona, (†) Redeamus in Orbitam.

Ineunte

(39) Chronicon Lunaelac. p. 96. 98. Charta Advocatorum Altahensium duos Tutones Episcopos Ratisponenses continet, sub Linipoldo Duce alterum, alterum sub Perchtoldo aduocato. M. B. Vol. XI. p. 19. 20. Perquam manci et perplexi sunt Catalogi Episcoporum Ratisp. et Pataviens. Sec X., quo totius Bauariae Pontifices potestati Arnolfi Ducis, ac filiorum eius subiecti sunt.

(*) Auentinus S. Wolfgang Epo Tutonem II. Eum substituit. Andr. Brunner P. II. L. VII. p. 414.

Fortasse pro Christiano legendum Goflino; Goflinus enim an. 963 Episcopus Passauensis extat in Diplomate Ottonis B. Abh. X. Band. p. 42.

(**) Confer Andr. Brunner P. II. L. VII. p. 416 418.

(†) Occupauit hoc tempore frater Regis Ottonis I, Henricus Dux Sororius Arnolfi II Ducis Bavariam et Mar-

Ineunte Seculo XI occupavit villam Frikendorf Hartwicus aulicus comes, pater Aribonis Palatini comitis et Potonis, comitis de Potenstein; (40) hunc excepit Magonus de Frikendorf Buati opinione aduocatus Ratisponensis ad an. 1040; (41) idem testatur, cum Adalbero comes de Ebersberg, et coniux eius Richlinda traderent S. Sebastianum praedium Pessenhofen cum Poppone comite de Rota et Filio eius Chunone. (42) Videtur idem Magonus germanus Frater fuisse Rouderti comitis de Schlibesheim, (Schleisheim) qui erat fiscalis aduocatus ebersbergensis an. 1045. (43) Magonus dunes agri in Villa Micingin prope Monachium.

Ante an 1075 villa Herigolteshusanae et Volkmaresdorfensis Dominus, Chuno aulicus Praeses Fundator Monasterii Rotae ad Oenum, Filius Popponis Bavariae Praefidis, et nepos Popponis in aula regali clarissimi, nobilissimique Noricorum, suas inter ditiones numerabat Frichendorf, Munihha, et Siezpath. (44)

Reper-

- chiam Veronam, et oculis priuatum Heroltum Aepum Salisburgensem fede sua elecit. Subscriptit Ratherius Epus Veronensis, ab exilio receptus, Heroldi depositionem, a Joanne XII S. P. in Synodo Rauennate decretam. Dipлом. Anhang zu den Nachrichten von der Stadt Innsbr. p. 185.
Chronicon Benedictoburianum Arnolfo II Bojariae Duc, paulo ante Hungarorum stragam in Lyci campo inquit rapinas fundorum, quos suis satellitibus beneficia distribuit. M. B. Vol. VII p. 27. 29; idem Conradus Schierenensis in Chron. p. 19.
 40) Hieron. Pez Script. rer. austr. F. I p. 741; confirmat haec Charta Notitiam Tegernseensem supra citat.
 41) M. B. Vol. VI p. 22.
 42) Codex Ebersberg. p. 25. 45. 23 et Vol. XLV. 181. 185.
 43) Cod. Ebersb. 24. 25. 26. 31.
 44) M. B. Vol. VI. p. 163.

Rupertus nobilis de Fricchandorf, vir potens; habuit enim milites, (45) floruit an. 1085.

Werinharius de Fricchindorf, et Filii eius Ruperht et Babo; pater eorum praesens erat, cum Monasterium Schirensium Comitum a Vischbachau ad castrum Glanecke in Comitatu Vsen an. 1104 transferretur. (46) Babo de Frickendorf an. 1129 testis propter decimas Monasterii Prufelingensis in Chunonis Epi Ratisp. Litteris notitia testium in primis memorabilibus. In Andr. Maier Thes. nouo Juris eccles. T. IV p. 106.

Rupertus, et Frater eius Babo de Frichendorf testes cum Chunone comite de Megelingen, et Filiio eius Chunone an. 1142. (47)

Eberhardus denique de Frikendorf an. 1160 cum schirensium, et vogaburgensium comitum Familia frequentissimus testis. (48)

§. XI.

Spicilegium Familiae de Hohenwart, et de Elsendorf.

Multum mecum reputabam, cur Mazil et Frater eius Henricus de Hohenwart in Monumentis weltenburgensis aetate Puolonis, et Eberhardi Abbatum cum Babonidis iterum testes agerent (49) Non ignoramus, Monasterium hohenwartense, teste Hundio, vineis proxime Chelehemium fuisse dotatum. Refert praeterea Fortunatus Huber, qui omnes eiusdem

45) Meichelb. T. I. P. II p. 523.

46) M. B. Vol. X p. 391. 453 et Vol. XIII p. 171; Cod. Ebersh. p. 47.

47) Vol. X p. 453. Vol. XIII p. 171.

48) Vol. IX p. 410. 422. 427. 540. Vol. VIII 398. Vol. X p. 17. 12. 19.

49) Vol. XIII p. 310. 320.

dem Coenobii monumentorum reliquias perlustrabat, in Quisquiliis suis, fine trutina compilatis: Hemmam, Rapotonis comitis de Hohenwart conjugem, Ribini de Werde sororem fuisse (50) Familiare est autem Ribini, Richwini, et Rachiwini nomen Babonis propagini, ut eandem Hemmam, fratremque eius Richwinum inter Babonidas recipere vellem.

Nec praetermittenda est Hemma, matrona nobilis, de Friesach et Celsach, vidua Wilhelmi comitis, Fundatrix Parthenionis Gurkensis, et dotatrix Coenobii Admontensis; Hundius eam ramum de Razenhauen et Abensberg Babonis Filiam existimat eo, quod admontense Monasterium Praeposituram Elisendorfensem proxime castrum Razenhauen per eandem matronam adeptum fuisse arbitratur. Floruit Hemma haec, iam vidua, sub Balduino Aepo Salisburgensi, (51)

Vdalscalcus I de Elisendorf cum schirensium comitum Familia saepe numero subscriptis; an. 1040 Litteras confirmationis Monasterii geisenfeldensis, iterumque in eiusdem Coenobii monumentis testis; (52) codice ebersbergensi cum Timone de Brunnen, et Sigimundo de Lerun. (53)

Vdalscaleus II de Elisendorf prioris fortasse Filius floruit aetate Meginhardi Epi Frising. an. 1078 — 1098, (54) statim post Arnoldum de Schieren testis cum Adalramo de Menimbach et Gotescalcum de Marachpach, aequalis Arnoldo de Diezen.

Vdal-

(50) Beschreib. des Klosters Hohenwart an der Par 1670. p. 327.

(51) Diplom. Anhang zu den Nachr. von Tuvavia p. 260.

(52) M. B. Vol. XIV p. 181. 185.

(53) Cod. Ebersb. p. 24.

(54) Misselb. P. II p. 529.

Vdalricus et Bernhardus, Domini de Elfendorf et Liutkirchen, vulgo Lintkircen an 1116; Dominus Vdalricus de Elfendorf vir nobilis et spectabilis cum uxore (Chunegunda) et Filia (Richiza) fecerunt ad aram S. Benedicti possessionum suarum in Elfendorf, er Liutkirchen. (55) Eadem villae in Friderici Comitis Palatini comitatu an. 1161 sitae erant. (56)

§. XII.

Familia de Marchbach.

Domini de Marchbach seu Marbach iterum itemque testes sunt cum Ebersbergenium, Schirensium et Abensbergenium comitum Familia Marbach ad Ambaram in praefectum Mosaburgensi alteram, alteram ad Glanam proxime Cameram et Adalhareshusen, vbi ill. Buatus comitum Schirensium cunabula inquirenda nos docet.

Paponem de Marchbach primordio Seculi XI florentem Principibus Schirensibus eo adnumerò, quod non nisi illustriores sua aetate viri de castris, quae inhabitauerant, sese conpellare solebant, (57) Etichi donationi testis est, puto haut alias, quam qui in traditione Ottonis Comitis testatur. (58) Cum Papone de Marchbach alias Pappo et Frater eius Crimolf et Aribō aduocatus.

Gotescalcus I de Marchbach c. 1040 ex Monumentis ebersbergensis et Geisenfeldensis notus, et post Cunonem de Vohburg, et Werinherum de Glana testis. (59)

Gote-

55) M. B. Vol. VII p. 46. 34.

56) ibid. p. 108, et Vol. IX p. 422.

57) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. III.

58) Meichelb. T. I. P. II. p. 485. 491.

59) Cod. Ebersb. p. 20. 18. Hundii M. S. p. 219. M. B. Vol. XIV. p. 274.

Gotescaleus II de Marchpach an. 1088 in Litteris Fundationis fisibacensis Monasterii Hazigae viduae, Ekehardi, Bernhardi, et Ottonis III Comitum Schierenium primus testis aquaeus Arnolfo comiti de Diezan, Arnolto de Schiren, et Filio eius Conrado, Satori comitum de Dachouwa. (60)

Marquardus, et frater eius Gotescaleus III, et Ottacharus de Marchbach synchroni Burgharto, aduocato mosaburgensis Canoniae, Vdalrico I de Sciren aduocato frisingensi, et Fratri eius Ottoni, Werinhero de Frikendorf, Herrando et Taginoi de Leren, et Meginhardo de Adelungesdorf. (61) Post istos

Marquardus, Henricus, Eberhardus et Hildebrandus erant Domini villæ Marchbach (62)

Fridericus denique comes Palatinus an. 1170 in Testamento suo praedium Marhbach in manus Ottonis Maioris Fratris sui, delegauit, (63)

§. XIII.

Familia de Dornberg.

Conplura inter vetusta Bauariae castra Dornberg nominata, obseruatu dignum est illud, quod ad Isanam in pago Isanahgowe prope Eherentingen in Praefectura Neoforense olim celebre erat. Ibidem Dux Baioariae, Theodobertus, villam habuit; (64)
ibidem

60) Vol. X. p. 383. 385. 386. Cod. Ebersb. p. 47. Meichelb. P. II. p. 528. 529. M. B. Vol. IX. 373. 375. Vol. XIV. 193. Vol. VI. p. 52. 44.

61) Cod. Ebersb. 37. Meichelb. P. II. p. 533. 539. 544. 526. 535. M. B. Vol. IX. p. 377.

62) M. B. Vol. X. p. 13. 14. 15. 21. 31. Vol. VII p. 346. Vol. IX. 398.

63) Vol. X. 240.

4) Diplom. Anhang zu den Nachr. von Salzb. p. 21.

ibidem Dux Arnulfus publica Placita an. 931 indi-
xit; (65) ibidem et Timonis seu Thietmari de Dorn-
berg aultam sedem inquirendam esse puto; hoc suadet
fundatum ab hac Familia eodem in agro ad rium Rot-
tam Monasterium Elsenbach, nunc Abbatia S. Viti;
multum istud adiuuabant conradus I Aepus Salisb.
consanguineus Thietmari, et Eberhardus I Aepus, bi-
burgensis Prospiae. Haec adeo procul a Dornberg
situm est Eringen Villa ad Oenum, Babonidis no-
tior, quam nobis; contigui enim castro Dornberg
erant Pagi Zidarengau et Rotagau. Anno denique
1257 XVII Kal. Aug. idem castrum Dornberg obsi-
dione cinctum, (66) deletumque est. Dietmarus
hic de Dornberg, an. 1074 in praedictis Baioariae
pagis clarus non immerito ab Auentino inter Ba-
bonis Filios recensetur. In ditione eius erant Len-
berg ad Fluum Rotam, vbi condidit Monasterium
Elsenbach et dominium Leonsberg ad Isaram, quo
in pago nepotes eius fundarunt Monasterium Viebach.
Potens quoque erat in Salzburgau, et in Carinthia,
ideoque comes de Lungowe audit. Progeniem eius
exhibit sequens tabula:

Babo

Comes, Pater XXX Filiorum, † c. an. 1040.

Thietmarus I seu Timo de Lungowe.

Comes de Dornberg, fundator Monasterii Elsenba-
censis; fundationi autor videtur fuisse Geberhardus

Aepus

65) ibid p. 162

66) M. B. Vol. III. p. 154.: Datum apud Eherding in ob-
sidione castri Dornperch; in donatione Chunradi comi-
tis de Mosaburg, Monasterio Raitenhaslaciensi facta. Ibi-
dem quoque Ludouicus Bauarus Imperator an. 1322, te-
ste coaeua tabula, viator pugnam pugnavit. Meichelb.
T. II. P. I. p. 138.

Aepus Salisburgensis, quemadmodum Hemmae comitissae de Friesach et Celsach, vt fundaret Monialium Coenobium Gurkeense, et Werenhero comiti de Reichersberg, fororio suo, vt mutaret castrum in Monasterium Reichersbergense. (67) Ecce alia vestigia in pago Rotagowe, in quo Eringen, Stein seu Frauenstein, et Asbach. Erat idem Dominus Werinherus comes de Reichersberg Frater Aribonis, diues in Chrowat, Carinthiae veteris pago, ad Mueram prope Leoben, vbi et Comites Palatinos de Seuua in pago Chymengouue potentes reperimus; praefuit autem pago Chymengowe an. 1021 Babo comes, cuius in Comitatu sita erat curtis Riute (Vogtareut.) Testantur Wernherus de Reichersberg, et Filius eius Gebhardus cum Ditmaro de Dornberch, et Regenharto priuigno eius in Charta Gebehardi Aepi Salisb. an. 1074 exarata. (68)

Ougo de Dorinberg, et Filii eius Dietmarnus II^o et Wolframus in traditione nobilis Dominae Wenzalae. (69) c. an. 1120. Hugonis patrum fuisse puto Sigefridum Episcopum augustanum, a Regi Henrico IV an. 1077 intrusum, qui cum Rapotone comite de Hohenwart an. 1079 castrum Sibeneichen ad Fluum vindel in Suevia fundo aequasie fertur; interfuit etiam an. 1085 Fundationi Monasterii Hegibach a Nortpero Episcopo curiensi, ex Familia hohenwartensi, fundati. (70) Alius Siegfriedus de Dornberg an. 1131 testis cum Alberto et Alharto de Prisingen, et Henrico de Pappenheim in

67) M. B. Vol. III. p. 399. 400. 401.

68) Diplom. Anhang zu dem Nachr von Salzburg. p. 262.
263.

69) M. B. Vol. II. p. 289.

70) Hundii M. S. p. 234.

in Litteris Lotharii Imperatoris, apud Doederlinum de comitibus de Pappenheim.

Dietmarus II de Dorinberg, et Wolframus an. 1147. (71) Babo de Durinberch Ministerialis Ecclesiae Salisburg. an. 1140. Wolframus comes de Dornberg an. 1171 praefens Curiae mosaburgensi, cuius auus Dietmarus de Lungowe dicebatur Locum Elfenbacensem fundasse. (72)

Henricus comes de Dornberg an. 1183 interfuit funeri Ottonis M., Ducis Bauariae. (73)

Conradus Comes de Dorinberg an. 1179. (74)

Eberhardus Comes de Dornberg an. 1205. 1224. (75)

§. XIV.

De S. Henrico de Eberharteshusen.

Hunc quoque Henricum Babonidis Fama et Supersticio plebeia adnummerant, qua autoritate necio. Fortasse Henricus de Sikelingen ibidem Senectutem pietati dicauit, exemplo Razonis de Diesen, et Chunigundis comitissae, cuius memoriam inscriptus coctus Laterculus conferuauit.

Castrum Eberharteshusen medio fere itinere a Monasterio Geisenfeld, et Mainburgo distans haut procul a Liutkirchen, Goteschalceshusen, Bobenhufen, Puninhart, et Rottenecke montem supereminet;

71) M. B. Vol. I p. 219. Vol. II p. 280. Vol. I. 21. 138. 151.

72) Vol. V 237. 235; Domini de Julbach erant an. 1171 aduocati ibidem.

73) M. B. Vol. X p.

74) Vol. X p. 401.

75) Hundii M. S. p. 100. 105.

net; Eberhardo de Razenhouen, res Parthenonis geisenfeldensis administranti, erat peropportunitum. Rudera vetustissimae arcis, etiamnum conspicua, adhibita sunt templo S. Petri, vbi Diuus Henricus, quem Auentinus Babonis Filium nuncupat, conditus est. Praeter calvam tamen Henrici, auro argentoque exornatam, ac votivas picturas Seculo iam XVI ex pariete suspensas, et romanum Lapidem, Junoni Reginae dedicatum, Locum sedulo perlustrans, nihil memoratu dignum reperi.

Extabat quidem in Libro parochiali in Liutkirchen, cuius hoc Templum filiale est, Historiola S. Henrici, anilibus Fabulis referta; oppido itaque ridiculum foret, si eandem heic Scientiarum Academiae, quae sapienter testes et tabulas expectat, recoquerem; ipsimet enim Alberto Ernredo comiti de Wartenberg, Episcopo Laodicensi, qui Matthaei Raderi e S. J. exemplo tot incognitis Bauariae Sanctis aras erexit, erat suspecta. Subest villa Eberharteshusen Dynastis de Sandolfeshusen, olim vero suberat Dominis de Razenhouen, et de Ebram.

§. XV.

De Loybrigone de Schwandorf (Suanicandorf) ad Nabam, et de Ambricone, Canonico frisingensi, ac abate Monasterii Einsidelenensis, quod erat olim Nobiliorum Germaniae receptaculum, nihil reperi, quam, quae Auentinus et Hundius tradiderant. Coaenus Babonidis est Ambricho, Praepositus Moguntinus, quem Rex Henricus IV, inuiso fibi et Germaniae Episcopis, Henrico II, an. 1064 defuncto, Episcopum Augustanum constituit, qui, abrogatis Praepositis, Monasterio wessofontano an. 1065

Abba-

Abbates restituit; (76) Monasterium hohenwartense, a Rapotone comite de Tauris, et Hemma coniuge fundatum, an. 1074. Indict. XII dedicauit; (77) et apud Lambertum aschafnaburgensem vir pontificalis modestiae, ei gravitatis audit, atque a Saxoniae Principibus inter quinque Pacificatores ad Colloquium in Gerstingen cum Adalberone Episcopo wirzeburgensi, Arnolfi comitis de Formbach Filio an. 1075 petitus est; obiit an. 1077. Post Ambro-
neum Episcopatum Augustanum adeptus est Sigefridus II de Dornberg ab Henrico IV contra Machinationes Wigboldi, quem Welfo Dux Boioariae, Rudolfi Regis partes fecutus, Episcopum constituit. Obseruabis praeterea, nomen Ambrichonis, Dynastis, ad abunsum degentibus, seculo iam IX et X indi-
tum fuisse.

§. XVI.

*Hermannus comes de Haueneshberg (Abenberg) Gener
Ottonis Marchionis de Sniuorde, et Ducis Allemanie,
Marchio nordgauiensis et Fundator Monasterii
banzenis in Banzgouue, Moenum inter et
Itschum an. 1071.*

Chr. Frid. Pfeffel Hermannum hunc Wolfratni I comitis de Abenberg Fratrem, Babonisque Filium sine omni haesitatione salutat; rationes, quas ad fert, (78) sunt graues; consentanea enim cum Biographo Conradi Aepi sunt omnia; omnia opportuna, aetas Babo-

76) Acta Ecclesiae Auguſtensis.

77) Hundt M. S. p. m. 236.

Sec. XI erat quidam Ambrico Abbas in Monasterio Thier-
haupten, quod restauratum referunt a Rapotone Comite de Hohenwart, et eius fratre Gebehardo II Epo Ratisp.

78) Alba. der B. Akad. der Wissensc. I Band §§ XXI. XXII.
XXIV.

Babonidum, Regis Henrici munificentia diversis in Imperii prouinciis, haereditas tutelae Episcopatus babenbergensis, et banzensis et tarissensis Monasterii, a Wolframi comitis de Abenberg filiis, ac nepotibus post Hermanni Marchionis obitum impetrata.

Supereft, ut ex Hermanni Marchionis, et Potonis, comitis Palatini Filii, Fundationis Litteris testes, cl. Pfesseli conjecturam magis magisque confirmaturos, producamus. Subscripterant fundationi banzenfis Monasterii an. 1071, more Baiuvariorum per aures tracti, de Laicis: Eberhart comes, Burg-hart comes, Heinrich et Gebhart comites de Sulzbach, Geslowin comes, Stercer comes, Reginbotto comes, Wolfram comes et Frater eius Otto de Abinberg, Tietmar comes de Tetenuam, Tie-mar, Gumbrecht, Ebo, Gerwick, Herolt, Otto, Timo Tagino ingenui testes; per aurem tracti: Fridrich, Poto, Eppo, Erbo, Poppe, Herman, Lim-precht, et alii. (79)

In Henrici IV Regis rerum confirmatione, quas Poto, vir illustris, Tharissensi coenobio IV Non. Sept. an. 1094 tradidit, testes: — Otto aduocatus, Wolframus comes, Wigant, Baruvich, Boppo, Ernest, Herman, Eppo, Burchart, Brun, Rudolf, Vdescalch. (80)

Obseruabis Litteris in banzensibus Conradi Aepi Salisb. patrem Wolframum I et patrum Ottoneum, comites de Abinberg; Eberhartum et Burg-hartum comites, alterum, vt ego quidem existimo,
de

79) Hundii stematol. P. I pag. ultima.

80) Joh. Paul Reinhart, und Joh. Adolph Schultes Beiträge zur Historie Frankenlands p. 222.

de Razenhoven, de Mosaburg alterum; Henricum et Gebehardum, comites de Sulzbach, haut adeo procul a Sibeneichen, Amartale, Amberg, Ascha, Lintaha, Freudenberd et Pongarten, Barkstein et Mosaburg ad Nabam.

Conradus quidem Dinnerus I. C. sua in Monasterii bannzenfis descriptione aliter sentit, qui de Hermanno, cum Alberada coniuge, Filiis Ottone, Conrado et Henrico, praecoce fibi morte ereptis, vitam in arce banzenfis degente, hunc in modum canit: (81)

Hanc habitans quondam Boiorum stirpe creatus,
Quos Voheburgenses canit intemerata vetustas,
Marchio, Limitibus iussus dare iura tuendis,
Hermannus.

Idem Hundius, Jo. Paulus Reinhart, et Jo. Adolphus Schultes in nouis diplomaticis auxiliis adfirmant; verum inter testes fundati Monasterii banzenfis, ne vestigium quidem familiae vogaburgenfis supereft.

CAPUT VI.

Dc Chunone Comite palatino de Rota.

§. I.

Repentinam quoque Lucem, praesentemque medelam S. Petri monasteriensis monumenta violatis temporum iniuria Annalibus boicis adferunt, quum famosi in Bauaria Principis Chunonis aulici comitis, vtriusque Popponis, cui scilicet et patris, qui in aula regali clarissimi, nobilissimique Noricorum erant,

(81) Edita Würzburgi an. 1586 in Officina Henrici Aquenfis Episc. Typogr. in 8.

erant, (1) haeredis Notitiam, vetustate obumbratam, ac obliuione fere deletam, in solem producunt. Hoc enim uero illustribus a me Academiis, et boicae et palatinæ rhenanae, repertum dari, mihi palmatum puto.

Necesitudinem, ne dicam Propinquitatem aut Sanguinis nexus, Chuncis palatini cum Eberhardo de Razenhouen, Babonis Filio, ex Fundationis opulentissimi olim, ac eximii Monasterii rotensis Litteris iam supra monstrauimus; (2) operaे porro pretium erit, si in illustrissimi huius Boioariae Principis Origines, auita dominia, patriosque principatus et haeredes omni cura, studio et labore inquiramus.

Auentinus, quo ex fonte, nescio, binos Pertholdos, comites vogaburgenses, secuī XI Tabulae suae genealogicae XXII inferuit; alterum an. 1010, quem, Bertholdo Marchione de Amartale, Arnolfi II comitis de Vogaburg Socero, multo ante defuncto, Marchionem nuncupat; alterum Bertholdum an. 1030 coniungit cum Arnoldo, Praeposito emmeramenſi, eadem ex Familia voheburgensi nato. Ambo hi Bertholdi si forent avus et pater Chunonis Comitis Palatini, qui in monumentis geisenfeldenisibus an. 1040 Filius Poponis audit; (3) iterumque cum comitibus de Ebersberg testatur; (4) haut leuis itaque conjectura eset mea, vnde Chuno comes palatinus de Rota suum deduxerit genus; ex stirpe nimirum aut Vogaburgensium aut Schireniū comitum, quibus, rebus aduersis Schireniū sub Regibus Henricis III et IV paulisper pacatis, auitum,

ab

1) M. B Vol. I p. 348.

2) ibid. p. 355.

3) Vol XIV. p. 181. 185.

4) Cod. Ebersberg. p. 23. 19. 24. 26.

ab Arnolfo II Arnolfi ducis Filio receptum palatinae dignitatis ius, exautorato Aribone, Potonis Fratre, competitbat.

Maximopere profecto indagari merentur Arnolfinus et Poppo comites, primi indices in generali Boioriae Comitum conuentu, a Rege Conrado II an. 1027 Ratisponae indicto, in quo comes Poppo vices palatini comitis gescit, cum de Abbatia Mofaburga fieret inquisitio. (5)

Huc quoque pertinet Wezilo comes palatinus, VIII Kal. Martii c. an. 1040, aetate Baboni abundano et Popponi rotensi, uogaburgenfique adcommoda, defunctus. (6)

Vt in rem praesentem veniamus, iunat Monumentorum reliquias colligere, in quibus de Chunone nostro fit mentio. Intervit Chunon, Poponis Filius, donationi, cum Heberhardus comes de Septa, Ebersberg et Bosenpoich ad Ostia Ipsae in Austria Coenobio Gerbirgae neptis suae traderet villas Gaimersheim et Santesbach, haec in Praefectura cheleheimensi, illa in vogaburgensi sita est. (7) Praefens erat Poppon, comes de Rota (haut dubie ille comes in Chiemengau) cum Filio Chunone traditioni praedii pessenhusani ad Laberam maiorem ab Adalberone comite, et conjuge eius Richlinda Monasterio ebersbergenfi factae. (8)

Iniquitatis reus vterque Chunon comes Palatinus, pater et filius, arguitur ab Elisabetha, vidua Chunonis iunioris, et praediis ad castrum Chelheim fitis,

5) Meichelb. T. I. P. I. p. 222.

6) M. B. Vol. XIV. p. 372, en Necrol. Salisburg.

7) Ibid. p. 181.

8) Cod. Ebersb. p. 25.

sitis, satisfit Canoniae S. Petri monasteriensis. (9) Quia ex ratione? Auita haereditas Litibus ac iniuriis ausam dederat, quemadmodum eadem fere tempestate Friderico Rocho et Monachis atilenibus, Benedictoburanis, et Altacensibus &c; (Rex enim Henricus IV vbiique terrarum in imperio bona Monasteriorum, more Arnolfi Ducis, amicis suis dilapidabat) amplissimae quoque Chunonis comitis de Rota ditiones in Marchia cambensi maximi sunt ponderis, ut Chunonem vogaburensibus, schirensibusque comitibus adnumerem. Fortasse idem etiam Arnulfus comes, cuius in comitatu Monasterium Rota c. an. 1081 a Chunone comite palatino conditum est, ex vogaburgensi Familia fuit progenitus, satorque comitum andecensium extitit.

Villas inter praecipuas, quibus Chuno comes Monasterium suum Rotam dotarat, sunt Herigolteshusa cum Ecclesia terminis, et appendiciis suis, et Volkmaresdorf cum vineis et agris Vinitorum proxime antiquissimam Abbatiam, olim regiam, Mosaburgam. (10) An. 899 villa Herigolteshusana Luitpoldi Ducis vasallo, Choloni, iure perenni proprietas data est ab Arnolfo Imperatore, simulque pons Isarae Volkmaresdorf inter et Tuolbach, ac Bruckeberg, vbi Fluuius Ambara, Ilara, et paululum infra Sempta commiscetur. (11) Eadem in Vicinia fitae

9) Lib. Trad. S. Petri Monaster. N. LVI.

10) M. B Vol. I. p. 553

11) Dynastae de Seiboldsdorf subcessu temporis castrum Herigolteshusen impetrarunt, et an. 1683. a Monasterio Rota reliquas ibidem ditiones. Communicabat mecum illustris comes Ferdinandus de Seiboldsdorf can. salhedi. Ratish. ac Praepositus Spaltensis &c. mancipia aliquot, quae etiamnum numerat castrum Herigolteshusen, vulgo Hergertshausen, mancipia in Tuolbach, Phetraha, Muren, in oppido Nindolt, in vico Abunfa in Amelberg, Alphe-

sitae sunt villae Frikendorf, Munihha, et Siezbach, quae certe curtilibus adnumerandae sunt, de quibus agit Regis Arnolfi Diploma, et quas Luitpaldi Filius Dux Arnoldus avita nempe praedia Tegernseensi Monasterio subtraxit. (12) Eiusdem villae Frikendorf et reliquarum an. 1020 Dominus erat Hartuicus comes Palatinus, (13) pater Aribonis et Potonis; et ante an. denique 1075 Chuno, aulae Praefes. (14)

Chuno nostro testium primus, cum Razo, comes de Diezen, traderet proprietatem in Nandeshiem, vicus est in Praefectura schwabenfi, ubi et Chuno agri fuit ditissimus. (15)

Rursum obuius nobis est Chuno cum filio Chuno, cum frater eius Piligrimus comes in manus militis sui Rudolfi, qui in Monumentis Geisenfeldenibus et Ebersbergensibus de Rota audit, (16) Ecclesiae Frisingensi aetate Ellenhardi Epi traderet
prae-

risdorf, Attenkirchen, Baumgarten, Berge, Ebersdorf, Egenhusen, Archinschwenti, Gamanofsdorf, in Gruntel, Gumberchtdorf, Haduprechsdorf, Collosdorf, Hafelreut, ad S. Albanum, Husmeringen; in Sweibra nemore, Samersriute, Sieftetten, in Riute, in Reisten, Suanahtadorf, Tandorf, Witramesdorf, Tegernbach, Walde, Volksteschwant, Swarzolfsdorf, Frikendorf, Affalterbach. M. B. Vol. I. p. 351.

(12) M. B. Vol. VI. 163.

(13) Hartwicus aulicus comes Frickindorf &c. Adalper Dux (Historiae et Carinthiae) Vnholzinga &c. Welf Praefes (pater Welf II Ducis Carinthiae) Hahninga &c. Adalpertus Marchio (pater Ernesti Marchionis) Ilmnamunisturi (Ilmmünster) 82. In nonaginta duobus finitur iste numerus — Hieron. Pez. Script. rer. Austr. T. I. p. 741. ex Codice Collegii S. Hippolyti, quae Abbatia olim pertinuit ad Monasterium Tegernseense. M. B. Vol. VI. p. 163.

(14) M. B. Vol. VI. p. 163.

(15) Meichelb. P. II. p. 511.; M. B. Vol. I. p. 354.

(16) M. B. Vol. XIV. p. 188; Cod. Ebersberg. p. 24.

praedium Muchun proxime Roningen in pago Tonahgewi (17) et Praefectura Cheliheimensi.

De anno, quo Chuno comitis palatini munus suscepit, non constat. Hartuicum c. an. 1027 vita functum excepit Wézilo, seu Werinharius, quem Necrologium salisburgense VIII Kal. Martii Palatinum comitem salutat. (18) An 1041 hac insignitus dignitate venit Aribō comes in pago Salgowe; res agitur de curte Ostermunding proxime Haigermos; nouimus eundem Aulae Praesidem ex Annaliſta Saxone; Aribonem nempe comitem de Haegirmos principem Carinthiae, Hartuici comitis Palatini filium, ac Fratrem germanum Potonis, Comitis de Potenstein, laudatissimi Germaniae herois, qui in Nordgauia Monasteria Tharsin et Weiffenöe dotarunt. (19) Aribone hoc comite palatino una cum fratre Pothone exautorato, idquod diploma in cod. Juuauiensi inuit; stetisse enim vterque a partibus Chunonis Boioariae Ducis in Regem Henricum III rebellis. an. 1052 videtur; aetate Guntherii Epi Babenbergensis, qui an. 1065 X Kal. Aug. mortem obiit, (20) Chuno comes palatinus et filius eius primi sunt testes, quam Fridericus Guntherio Hagam delegaret. (21)

Tabulæ tegernseenses ante an. 1070 exaratae Chunonem, aulicum Praesidem, Ottoni de Diezun, Engelbrechto Praesidi aut de Limburg et Waffenburg,

(17) Rotula Arnoldi Praepositi Emmeram in Pezii Theſ. Anecdolt. T. I. P. III. p. 68.

(18) M. E. Vol. XIV. p. 372.

(19) Meic Ib. T. I. P. I. p. 228. Annal. Saxon. ad an. 1102. M. E. Vol. III. p. 246. Herm. Scholliner in Differt. de Monasteriis Weiffenöe &c.

(20) Lamb. Aschafsaab. M. B. Vol. XI. p. 99.

(21) Eccard. T. II. p. 102.

burg, aut de Craiburg, Welfoni (paulo post Boioriae Duci) Chunoni, Praefidi de Rihpoldisberga, Henrico ratisponensi Praefidi seu Praefecto urbis Ratispo. et Ernusto Marchioni an. 1075 ad Hohenburg in praelio a Saxonibus occiso, summis eo tempore Bauariae Principibus Syncronum referunt. (22)

An. 1077 Cuono palatinus comes in Diplomate Regis Henrici Sigihardo, aquileiensi Patriarchae, in pertito (23)

Anno denique 1079 Cuono palatinus Comes in Diplomate Regis Henrici, Monasterio Altahae inferiori Norimbergae XVII Kal. Sept. dato, ac Lubruratione in primis digno: "Iuri in expeditionem, non habuimus omnia necessaria, que a dilecto abate nostro Waltgero ex hiis, que habuit altahensis ecclesia in auro et argento nobis mutuo sunt concessa; at nos de reditu incerti, de dampno ecclesie timidi — praedium quoddam nomine Peringen, situm in pago Brisgowe in comitatu Cuononis palatini comitis — in proprium tradendo firmauimus." (24)

§. II.

Quaeſtiuncula, an discernendi fint Chunones comites palatini Boioriae a Chunonibus comitibus palatinis de Tübingen Seculo XI?

Magna, Plantinaeque geminorum Amphitriōnum, Geminorumque Sofiarum Fabulae non absimilis, controuerſia est inter Germaniae Historicos contra

(22) M. B. Vol. VI p. 163.

(23) Vgbellus in Italia Sacra T. V. p. 57.

(24) M. B. Vol. XI. p. 159. 160.

contra Auentini sententiam, (25) quinam, et unde fuerint bini Cunones, comites palatini, quorum Filii patro nomine Cunones appellati alter an. 1071, alter an. 1081 in Regis Henrici IV praeliis occubuerent. Inexplicabilia aenigmatis vincula arctioribus, nodi instar gordii, nexibus adstringunt Tabulae Regis Henrici IV rotenses deprauatae, ac perperam summatim anno 1073 adsignatae, et Annales Saxonis sub an. 1081 hunc in modum rerum seriei referentis: „Bellum commissum est inter Allamannos et Bawaros III Idus Augusti iuxta Danubium apud Hohofstein, (26) ubi palatini comitis Cononis Filius, Cono, occisus est.“ Ad eundem diem Necrologium weltenburgense refert Chunradi comitis obitum M. B. vol XIII. p. 486.

Gr. Chr. Crollius, Rector bipontinus, in Dissertatione sua de origine et Officio Comitum Palatinorum in Germaniae Prouinciis, (27) Auentinum lapsum

25) Herzog Friedrich aus Schwaben des Kaiser Heinrichs Lochtermann, und die bayerischen Herrn als nemlich Conrad der Vater und Sohn Grafen von Rot am Inn mit andern mehr verjagten Bischof Wigold von Augsburgo aus der Stadt, lagen ob, der Jüngere Graf Conrad wurde erschlagen; sein Vater auch Conrad genannt, ließ ihn gen Rot führen, und im Kloster, so er aus seinem schloß gestift, auch Benediktiner Mönch dahingesezt, begraben. Avent. B. Chron. p. 709. ad. an. 1081. Et in eiusdem Auentini Latina editione Ingolstadt. Lib. V. p. 581.: Fridericus gener Quarti, Boiariae proceres Conradi duo pater et filius, Rodae iuxta Oenum Dynastae, praefecti praetorio, Wigoldum Augusta pellunt, Welphonem tertio Idus Augusti Hochstadii iuxtim Danubium Superant. I o praelio Conradius filius cecidit, Rodam a patre deportatus. —

26) Chronicon Wirzburg ad an. 1081: Item bellum inter Sueuos et Baiarios iuxta Danubium loco, qui vocatur Hohofstein, IV. Idus Augusti; Auentinus Hochstaet, Steindelius Hohofstein.

27) Abh. der W. Akad. IV. Band p. 127.

lapsum esse, ratus, ex Trithemii Chronico Hirsauiensi Cunonem quendam Cunonis comitis Palatini de Tubingen, a Rudolfi Regis partibus stantis, Filium, an. 1081 occisum, producit, quos, a Cunonibus palatinis comitibus de Rota diuersos, hac ex ratione adstruit, quia rotense Regis Henrici diploma Cunonis comitis de Rota Filium cunonem an. 1073 in bello cadentem, et quidem ad Seruitium Henrici, nequaquam autem Rudolfi vocatum refert. (28) Sed vereor, ne veri specie decipiatur vir litteratissimus; mendosissimum enim eiusdem diplomatis apographum est, idemque iam Hundio, Gewoldo, Meichelbeckio, Buato, Editorique M. B. Voluminis I, ac eorum sequacibus inposuit. Consultus a me de genuinae huius Chartae integritate plurimus in antiquitatibus amicus meus, Magnus Schmid, Bibliothecarius Monasterii rotensis, haec mihi retulit: Autographas Fundationis Litteras, quibus vsus est Auentinus, suo in coenobio desideratas, aut Monachii latere, apographas ab Ekehardo Abbe de Ebersberg in Alexii Abbatis rotensis usum an. 1466, vt aiunt, vidimatas, duntaxat extare.

Ipsissima haec Charta, crassis erroribus scatens, controueriae aduersus Auentinum, qui incorruptum suis oculis perspexit hoc Regis Henrici Diploma, ansam dedit. Quid enim, quaefo, sibi volunt bisce in Litteris Egilbertus cancellarius vice Wiligisi Archicancellarii recognouit? Vterque erat Henrico II Imperatori publicis a tabulis. Error qualiscunque, incuria describentis inrepsit in Fundationis litteras rotenses; Summam equidem tabulae fictam, adulte-

(28) M. B. Vol. I. p. 353. N. VI.

*adulteramue adpellare non ausim, eo quod Fridericus II Imperator an. 1226 eiusdem autographi, N. III. descripti, meminit. (29) Notitiae, a Monacho quodam rotensi ex pluribus Litteris, Chunonis fundatoris, summique Pontificis Gregorii VII, quidquod Henrici II et IV Imp. consarcinatae, diueris temporum interuallis vnam in tabulam perperam translatis, hoc in Diplomate mibi videntur. Claris enim Auentinus verbis, iam multo ante filii chunonis necem fundatum fuisse Monasterium Rotam (nimirum 1073) ac eiusdem sanguineum cadauer 1081 in idem translatum, narrat. Eodem modo tractabat, et decurtabat Conradus Philosophus litteras Fundationis Monasterii Schirensis, et Anonymus Rotulum historicum benedictobaranum. Luculentius Monumentorum Scribas hoc in vitio deprehendes, si miscellum Monasterii angensis Diplomatarium consuleris in quo an. 1008 Hildebrandum Papam cum Welfone Duce, et Chunone comitis palatini genero, cunone comite de Medelingen, Augiae advocate (quem recentiores aliqui in coniugis Irmengardis gratiam comitem pariter palatinum somniabant) miserrime compilatum inuenies. (30) Fugit haec menda ipsum illi. Buatum.

Molestoorem mihi obicem ponunt Cunones Palatini comites de Tubingen, Rudolfi, Ducis Alamanniae, Imperium adfectantis, teste cl. Crollio, Fautores, quem ut omnem a nobis subniqueamus, deficiunt nos Annalium sueicorum, Sattleri et Trithemii in primis adminicula.

Non ignoramus tamen, Cunonem Palatinum de Rota praediorum diuitem fuisse in Suevia, et quidem in pago Brisgouue; villam enim Eslingen (imperialis nunc ciuitas est ad Neccarum Fluuium, cuius

(29) M. B. Vol. I. p. 372. (30) ibid. p. 217. N. I.

cuius tutelam suscepit Dux Würtenbergensis) legavit Cuno noster Monasterio Rota ad Oenam an. 1073 — 1081. (31) praediumque Peringen proxime Eslingen in pago Brisgoue in comitatu Cuononis palatini comitis situm Rex Henricus an. 1079 Monasterio Altahae inferiori tradidit. (32) Ecce, quam memor sit Cuno noster palatinus comes in Alemannia Maiorum, Altahae sepultorum!

Magna rerum in imperio, Imperante Henrico IV, mutatio, et vicissitudo facta est; auxit sibi addictorum comitum potentiam, aduersariorum autem ditiones ubique minuit; exempla Ducum Ottonis, Rudolfi Welfique in promptu sunt, quae nemo nescit. (33) Comitatum, in quo Monasterium Rota situm est, non Chuno comes palatinus, sed Arnulfus comes administrabat, idem, ut ego puto, Arnulfus comes, qui teste Auentino, a Rege Henrico Dominium Tiroleos, ubi Fluuii Athesis, Isacus, et Oenus oriuntur, et Bauarium superiorem an. 1078 administrandam accepit. Cunones autem comites palatinos, a Patre et auo Popponibus de Rota dictos, ex ipsis Regis Henrici Litteris rotensibus et altahensibus fidelissimos Regi Henrico IV commilitones aduersus Reges Rudolphum, et Hermannum supra monstrauimus.

Nemini igitur conjectura mea, aptis hanc in rem rationibus munita, paradoxa videbitur; Cunones de Rota a cunonibus de Tübingen hoc tempore non esse discernendos.

Quid-

31) ibid. p. 354.

32) M. B. Vol. XI. p. 160.

33) Avent. b. Chronik V. Buch p. 706, ad an. 1078.

Quidquid cl. Tolneri Sententiae in Historia sua palatina C. VIII. p. 197 palmare Suffragium et pondus accedit: Hermannum, Arnolfi Boioariae Ducis Filium, c. an. 954 in oppugnatione Castelli Mantichingen ad Licum amnem captum, comitum palatinorum Rheni Satorem fuisse. Sunt, qui et Eberhardum, Hermanni et Arnulfi II Fratrem in Suevia exulanter, et proxime Castellum Andernacum Rhenum transiit, occisum referunt, palatinum Comitem existimant, maternas certe ditiones schireses comites habebant in Suevia; mater enim Arnoldi I Ducis Chunigundis soror erat Erchangeri et Bertholdi Principum Allemanniae. Rex Otto an. 951 Arnulfum II comitem palatinum Ducis Boioariae titulum sibi arrogantem, exulem in Allemanniam relegavit.

Bertholdus quoque, Arnolfi II Filius, ex Castello Risinesburg ad Danubium, non procul ab Hochstaetten, an. 955 cum Vngarorum Rege Regis Ottonis aciem in Lici campo adgressus est; nec secius Bertholdi I Ducis coniugem Wiltrudem Lotharingicam bac in Vicinia Monasterium Bergen an. 976 fundasse, certum est.

Reperti abhinc anno de monasterio Pergen proxime Neoburgum ad danubium forte Fortuna Diploma Ottonis II Imperatoris, durante discordia Ducis Henrici II Bawariae cum eodem Rege III Kal. Octobris an. DCCCCLXXVI. Frosae in regia villa in Ducatu magdaburgensi datum, aliasque maximi momenti Tabulas Regum Henrici II et Conradi II, quas producam.

Nec hoc praetermittam, Ernestum I, Nordgauensem Bohemiam versus Marchionem, quem de origi-

originibus Boicorum optime meriti scriptores Luitpoldi aum, prolatis idoneis tabulis, contendunt, ad Neccarum amnem, et villam Laufen (haut procul ab Ellingen abest) domicilium, a Rege Ludouico an. 832, dono acceptum, habuisse, atque in eo exautoratum, tranquilla an. 865 morte deceſſisse. (34)

Viderint igitur Patres Scientiarum, in Academia Tübingeri conscripti, qua Fide, qua Autoritate, qua ratione quibusue Tabulis Cunones comites palatinos de Rota a cunonibus palatinis comitibus de Tübingen discernant; omne mihi discrimen cum Auentino superuacaneum videtur,

Fortasse et ista rationibus nostris dabunt verisimilitudinem. Deduxit Cuno comes palatinus pater Filio Cunoni ex Lotharingia sponsam Elisabetham; Vicinitas Brisgoiae, ac Lotharingiae eiusdem connubii occasio esse potuit. Neque Annales Boici certum Cunoni in Bauaria pagum, comitatumue adsignant, quamuis ditiones ac Facultates eius in agro salisburgensi, in Tiroli, in Carinthia, Moravia, in Finibus Hungariae, in Marchia Cambensi, in Rheni et orientali Francia, praesertim in Hartingouue et in comitatu Mosaburgensi, in quo sedes erat veterum comitum palatinorum, praedicanter. (35) Coniicere enim uero quisquam posset, Cunonem pronepotem fuisse illius Bernoldi seu Bertholdi an. 972 comitis palatini in

(34) Hr. v. Lori in Chronol. Auszug der Gesch. von Bayern. p. 164. Hr. Schollner.

Wolfg. Lazius eundem Norici Limitis Marchionem, Ernestum I. a Vohburg ortum, amabili quidem, sed non probata assertione in rem nostram fabulatur. Lib. IX. p. 664. et 359. Edit. Basil. ex officina oporiniana, 1572.

(35) M. B. Vol. I. p. 353 354.

in Brisgau et Ortenau. (36) Collegi equidem singula, quae supersunt, Fragmenta, de inlustrii comitum palatinorum de Tübingen et de Calve Familii; vetustate autem vestigia evanuerunt. Aequae-
vus duntaxat codex Monasterii Petribusani ad Lacum podamicum, an. 1790 typis San-blafianis editus, nodum soluit inexplicabilem, atque Chunonem, comitem palatinum, cuius Filius an. 1081 ad Hohenstein danubianum in praelio occisus est, iterum iterumque comitem palatinum de Voheburg nuncupat. (*)

Obiit Cuno, comes palatinus Senior, ad an. 1085 (37) VI Kal. Aprilis. (38) Nurus eius Elisabetha, Chunonis junioris vidua, memoriam sui, ac utriusque Cunonis gemina praediorum ad Argifingen, et ad Chelikeim donatione, Canoniae S. Petri monasteriensis an. 1086 et an. 1099 in ciuitate Vogaburgensi facta, nobis conseruavit. (39)

Cuno Senior comes palatinus ex Uta coninge Cunonem inniorem, et Irmengardem suscepit, Cunonis comitis de Medelingen Monasterii Augiae ad Oenam an. 1078 aduocati coningem, egregia Liberiorum procreatione foecundatum; hoc in praelio ad ciuitatem Saldorf cum fratre ad an. 1095 occiso, eademi Irmengardis nupta est cum Geberardo comite de Sulzbach, Filio, ut puto, Geberardi comitis de Sulzbach, Fratris Henrici, qui an. 1071 in Hermanni Marchionis orientalis Franciae Litteris Monasterii

(36) B. Abh. IV. Band p. 125. en Clusi Annal.

(*) Anhalt. Monasterii Petribusani Tom. I. P. §. 36. §. 31. et
37) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LVI.

38) Necrol. Secu. M. B. Vol. II. p. 159: Chuono Palatinus fundator.

39) Lib. Trad. S. Petri Monast. N. LVI. LXXI. LX.

sterii banzensis fundationem testantur (40) vna cum Wolfiamo et Ottone Fratribus comitibus de Abenberg, aliisque Babonidis.

Quam arctum fuerit aut necessitudinis aut consanquinitatis Vinculum cunonem Palatini comitem inter, ac Eberhardum de Razenhoven ex manu abstrusaque rotensi tabula nescire nos virto fatemur; tutelam tamen Monasterii rotemis, defuncto utroque Cunone comite palatino, suscepisse inibi videtur Eberhardus, qui et primus Bizantium, annuatim persoluendum, lateratiensi palatio persoluit, ac sic locq atque Familiae tutelam apostolicae defensionis obtinuit. (41)

Quum Comites de Lechesgemunde Henricus, et Filii eius (absque dubio iidem quoque Cunonis comitis palatini propinqui erant) clientelae, praediisque Monasterii rotensis inhiarent: Caelestinus II P. M. (1138 — 1144) per Waltherum I Episcopum Augustanum, qui ex comitum palatinorum de Tubingen genere natus perhibetur, litem composuit. (42)

Meminit Necrologium weltenburgense Friderici cuiusdem palatini comitis de Tubing, quem vnum boicorum Principum fuisse reor. (†)

Si reproto Cunonis Senioris palatini comitis de Rota necessitudinem cum Eberardo de Razenhoven, auitas eius cum comitibus de Ebensberg, de Mosaburga, de Schiren, de Vogaburg, de Bogen, de Seon, et de Lechesgemunde haereditates, ditiones

(40) Hundii Stemmatol. pag. vlt P. I.

(41) M. B. Vol. I. p. 359. 358.

(42) ibid p.

(†) M. B. Vol. XIII. p. 478. XII. Kal. April. Franco Episc. Fridericus Palatinus de Tuwing

nes et facultates in Tiroli, in Carinthia, in orientali Rhenique Francia, in Marchia praecipue cambensi ad Chostingen (oppidum nunc Koetzingen Prioratus est Monasterii rotensis) ad Neswetingen ultra Cambem, munus Comitis palatini paulo post Wezilonem seu Werinharium Aulae Praefidem, a Cunone per Regem Henricum III aut IV inpetratum; binos Poppones avum, patremque Cunonis; si cum istis denique Conradi Aepi Biographum confero: Babonidas ab Imperatore Henrico iisdem in prouincias honestis sedibus, et beueficiis esse exaltatos: coniectura non infausta consequi pervellem, Cunonem comitem palatinum fuisse Fratrem Vdalrici comitis de Rota, an 1079 comitis in pago Zidlarengowe, ac utrumque Filium Babonis Principis de Rota, Voheburg, et de Sciren, advocati Geisenfeldensis, qui nomine haut diverso Popo, Wenzilo, Werinarius et Pabo more aetatis suae appellatus est (43)

§. III.

Comites Palatini a Cunonis comitis de Rota obitu an. 1085 ad Ottonem Ekehardi comitis schirensis Filium usque, an. 1155 defunctum.

Quinam post Cunonis comitis mortem comitis Palatini munere potiti sint, in diuersas Annalium boicorum Scriptores abeunt sententias Supererant ex Hartuico, aulico Praefide, prognati Aribi et Poto comites, quorum ille an. 1102, hic vero 1104 aetate graues absque Filiis mortem obiere. (44)

Chronicon Wirzburgense Hermannum palatum comitem, an. 1085 defunctum producit; eun-

43) Vol. XII. p. 22. Vol. I. p. 217.
44) Annal. Saxo.

eundem legimus in diplomate Regis Henrici IV an. 1072 apud Bernh. Pez in Thes. Anecd. Tom. VI p. 259. Coaeus hic Hermannus est Hermanno Comiti de Hauenesberg quotundam testimonio ex Familia de Vohburg prognato. In Abinberch autem Orientalis Franciae castro an. 1081 mense Junio Principes Saxoniae cum Sociis sueuis, exercitu collecto, Herimanum Francum de Glizberg Regem elegerunt, et pugnam apud Hohenstein Feria IV Idibus Augusti eodem an. 1081 pugnarunt; in qua Cuno palatinus de Vogiburg cum multis aliis occubuit. Conf. Brunnonis Historiam Belli Saxonici ap. Marq. Freherum Tom. I p. 231, et Chon. Petribus.

Cosmae pragensis Historia Boiohemica, (45) Saxonis Annales, (46) Chronicon Wirzeburgense, (47) S. Emmerami Monumenta, (48) et Liber Traditionum S. Petri Monasteriensis (49) an. 1086 Rapotonem palatinum comitem, Vdalrici Diuitis comitis de Passowe patrum, et coniugis eius Adelhaidis de Megelingen Cunonis de Rota et Vohburg ex Filia Irmengarde neptis necessarium, an. 1099 defunctum, producunt, quem Buatus Poppensis comitis de Rota Filius, et Fratrem Cunonis palatini comitis miro ingenii acumine autumat; (50) comi-

45) Cosmas Prag. Goldaft. de Regno Bohem. Adpend. Doc. N. 9. Diploma R. Henrici IV an. 1086.

46) ad an. 1092, 1099.

47) 1099. Imperator pascha Radisponae celebrauit, vbi iisdem diebus magna mortalitas facta est, in qua Rabbodo, Palatinus comes, cum aliis innumeralibus moritur. Absque dubio funesta haec pestis et alios illustres Bavariae viros consumit, nostrosque Annales perturbavit.

48) B. Pez. T. I. P. III. p. 142, et eiusdem nominis Rupo: sed diuersus S. Emmerami aduocatus ibidem p. 130.

49) N LVI. an. 1086, LX. an. 1090, LXX. an. 1097, LXXI. an. 1099.

50) Orig. B. D. T. II. p. 132. 133.

comitem autem de Cambe, ac de Vogaburg produnt membranae S. Petri Monasteriensis, et Monasterii Ranshofenensis, (51) in quibus post Ernestum et Adalperonem Marchiones, et ante Vdalricum comitem de Ratelenberge, Gebehardum comitem de Vorenbach, Sarchilonem comitem de Mosebach, Aribonem comitem de Hegirmos, et Fratrem eius Potonem comitem de Potenstein, ac Sigebartum de Tentlingen (52) in Traditione Regis Henrici ante an. 1075 locum obtinet, nondum Palatini encomio, viuente tum Cunone palatino comite, inignitus, id quod et in Cosmae pragensis Historia ad an. 1073, et in excerptis ex Diplomate Henrici Imp. palauientibus obseruamus. Erat hic Rapoto, comes palatinus, in romano Imperio, haut fecus, quam Chuno palatinus Princeps potentissimus, Henrico Regi amicissimus, dignissimusque alter maritus Elizabethae Logaringicae, nurus Cunonis Senioris comitis palatini de Rota et Voheburg, quam vna utroque cum Cunone, summisque Boioacae Principibus Arnolffis, eorumque Filiis Friderico, et Cunone comitibus, et Hadabrechto de Rota in Tabulis S. Petri monasteriensis Academiae Scientiarum boicae repertam cum damus, me etiam non mente, omnis Coniecturarum moles ruit indefessi
hac

51) Hundii Stemmatol. P. I. p. 126, et M. B. Vol. III. p. 256 Corrigenda hec est menda describentis et ipse CL Dicimus de Loti, qui in chronologico suo Historiae Boicae compendio pag. 383. perperam leg: Rapoto de Raetilingberg. Fortasse inter huius Rapotonis comitis de Cambe ditiones recentieundum est castum Rapostenstein ad utrumque flumen campem in Austria inferiore.

52) Mallem legere Tengilingen in comitatu Torringun ad Tachenfee, ubi an. 970. Siginardus Comes, vxore eius Willa, et filii Engilpreht et Piligrim, et an. 1020. Warmunt de Tengiling, ...tores comitum de Halle et Wafferburg, celebres. Adpend. dipl. ad Notit. Iquazu, p. 91, et Cod. Ebersberg. p. 22.

hac in inquisitione Egnitis Buati, nostraque Sententiae Veri Similitudo accedit, non contemnenda; mera enim arena tine calce conmilit idem palatinam sularum, canoni de Megelingen et Bertholdo de Greisbach et Lechesgemunde a morte Cunonis de Rota aliquandiu relictam, (53) Rapoto enim post an. 1086 dicitur comes palatinus, quam dignitatem per Elisabetham coniugem, viduamque Cunonis junioris de Rota et Voheburg obtinuisse videtur. In castro igitur Chelheimiano, extinto an. 1099 Rapotone, Palatini munus ottonem comitem de Schirens mansit.

§. IV.

Chuzelinus comes palatinus consanguineus Vdalrici Patriarchae aquileiensis 1106 audit; erat Vdalricus hic filius Marquardi III Ducis Carinthiae, et Hadenuae comitissae Ebersbergenfis, cuius pater erat Wezelinus, quem pariter comitem Palatinum ostendimus, Williburgis Ebersbergenfis maritum. (*)

Engilbertus, nescio quis, aut ramus Vdalrici comitis de Rota, aut Marchio de Craiburg et Ortenburg, haeres ac Dominus castri Marquartstein et advocatus Baumburgensis, Vtae, ex Adelhaide comitissa de Medelingen et Vdalrico comite de Passowe cogno-

(53) Orig. B. D. T. II. p. 121. et Tabb. XXIII. et XXXI. p. 342, et P. I. p. 293.

(*) Froelich in Archontol. Carinthiae p. 119. et apud P. Rubeis monam. Eccles. Aquil. p. 545. Etiam in litteris Fundat. Monasterii Michelburani testatur cum Schirensibus et Schireniis propinquis Chazilus de Muofiza et Meginhart ad an. 1072, et Num. LX. an. 1090. in libro tradit. S. Petri Monasteriensis cum comite Rapotone de Vochpurch. Chazilini insignem Weltenburgenses inter testes locum obtinent. M. B. Vol XIII. 319. 320. 322.

cognomine Diuite progenitae maritus aut eiusdem Engelberti pater, in Litteris Hartuici I Ratisponensis Episcopi, an. 1107 Lunaelacensi Monasterio Ratisponae datis, comes palatinus vocatur; (54) obiit, teste Necrologio admontensi, Idibus Decembris, comitis palatini Titulo decoratus (**) vnde fortassis Engelberti comitis de Ortenburg posteritas, occiso Ottone comite Palatino de Wittelesbach an. 1209 postliminio palatinam dignitatem repetiit. Pater huius Engelberti mihi videtur ille Engl'preht Praeses, qui vna cum Chunone comite Palatino an. 1070 haeres erat auitorum praediorum Monasterio tegernseensi ab Arnolfo Boioariae Duce olim ereptorum, maritus Irmengardis seu Hemmae; (55) idoneis vero destitutum tabulis, vt certiora proferamus. Engelbertusne pater, an vero Filius Engelbertus, teste aventino, maritus Hadwigis, et pater Engelberti Ducis Carinthiae, cuius vxor Vta, Filia Vdalrici de Passowe ex Adelhaide de Megelingen, comes Palatinus nuncupetur. Inter testes tabulae Lunaelacensis Gerloch de Orte pro Berloch ex traditione Elisabethae palatinae N. LXXI restituendus est. Fortasse et Chazelinus et Engelbertus steterunt a partibus Regis Henrici V. contra patrem Henricum IV Imp.

§. V.

323. 328. Chacilinus de Aunhoven et filius eius Cunradus; ibidem olim steterat castrum Abensberg.

54) Chron. Lunaelac, p. 115. M. B. Vol. III. p. 10. 12. 15. 4. 27. Vol. II. p. 176. Huc pertinere videtur Ulricus filius Palatini fundator Monasterii Baumburgensis (qui alibi filius Engelberti Ducis Carinthiae audit an. 1135 M. B. Vol II. p. 264, Vol. XV. p. 268.

(**) Hier. Pez. T II Script. rer. austr. p. 209.

55) Englprecht Praeses habet Sahsinheim, Piura — Rihherishusa &c. M. B. Vol. VI. p. 162. Vol. III. p. 4.

§. V.

*Origines Rapotonis palatini comitis, et Vdalrici co-
mitis de Passowe, quem dinitem nuncupabant,*

Rapoto iehie inlustris Boioariae et Austriae Princeps et comes Palatinus. Regique Henrico IV amicissimus ac fideliissimus, si W. Lazio, qui perlustrata Ducatus Austriae monumenta cum boicis sedulo quidem, sed promiscue in promptuarium suum contulerat, fides est, a Schirenibus originem comitibus duxit; patrem enim eius Rapotonem, Satorrem comitum de Hochenwart et de Tureia, auum vero Ottонem de Schiren, Tutae maritum nuncupare non dubitat. (56)

Produxit nuper Hermannus Scholliner ex michaelburani Monasterii tabula, nexus Sanguinis Ekehardi et Bernhardi de Schiren cum Sigehardo, Patriarcha Aquileiensi, nobis non nihil demonstrans, binos Rapotones comites comitibus schirenibus absque dubio propinquos (aduocare enim Monasteriorum Fundatores consanguineos in primis solebant) hos inter Rapotones et Vdalrici comitis de Passowe, vulgo Diuitis, Patruelis Rapotonis postea comitis palatini patrem Vdalricum Fratrem Rapotonis II reperisse video. (57) Liceat mihi itaque ambobus hisce ex Fontibus periculum facere tabulae, et examini exponere Academiae boicae, quae cognationem schirensis Hazagae et Sigehardi Patriarchae Aqui-

56) Abhandl der churfürstl. baiersch. Akad. VII Band. Tab. IV. adornata ex L. VII. de Migrat. Gent. p. 288.

57) Vollständige Reihe der Vorfahren Otto des Grossen ersten Herzogs in Baiern von Hermann Scholliner. Neue hist. Abh. der churfürstl. baiersch. Akad. der Wissenschaften III. Band, in Anhang Num II. §. 46. p. 283. 284., et 168. an. 1072.

Aquileiensis iam ex codd. schirensibus et Junauien-
sibus compertam habet.

§. VI.

*Quis Ottonum de Schiren post Rapotonem Chazelinum,
et Engilbertum, comites palatinos, palatini munus
primus obtinuit, ac in castris Chelihem, Wittelsbach,
et Wartenberg sedem fixit; mutato in Mona-
sterium schirensi Castello?*

Eiusmodi Lucubratio, ab Auentino rerum enarrandarum magnitudine et multitudine obruto, extremitis duntaxat digitis tractata, Hermanno Scholiner, (58) ipique praeclaro Annalium boicorum et Germanorum Doctori Joanni Mederer, qui Origines, res gestas, priscasque Ducum agilolfingorum leges omnium primus Patriae nostrae aridis ex Fontibus restituit, veramque rei veteris diplomaticae criticen in Universitate Ingolstadiensi induxit, plurimum Laboris facefens, ut etiam a nobis non nihil lucis adquirat, singulis cum Ottonibus de Schiren oriundis, et iisdem coaeuis Ottonibus sub seculi XII initium florentibus, rationem paululum ineamus: nobilissima enim dignissimaque Notitiarum imago est, quam, invita etiam vetustate, mutuis operis ad vnguem formemus.

§. VII.

*De Ottone III de Schiren, Hazachae Filio,
matu minimo.*

Patre eius Ottone II c. an. 1077, matre Hazacha an. 1104, ambobus autem fratribus germanis Ekehardo et Bernardo an. 1101 integra aetate, vtpote in Hierosolymitana peregrinatione cum Welfone,

58) ibidem.

Welfone, Boioariae Duce, mortem obeuntibus,
 an. 1107 erat superflues, et Maior schirensis Do-
 minus (59) Otto comes, Hazachae Filius, natu-
 minimus; tertio enim ubique loco tres inter fra-
 tres nisi invileem cum iis aduocatum agit, testis
 ponitur. (60) An. 103 a Paschali P. M. aduoca-
 tus monasterii Vischbschau ad Leuznam in Praefec-
 tura Aiblingen. (61) et an. 1107 Monasterii, in
 pagum Vienhouen translati, constituitur. (62) An.
 III in expeditione belli Italici, in qua Paschalis II
 P. M. captus Vdalrico Aquileiensi Patriarchae in cu-
 stodiam traditus est, egregiam Regi Henrico V,
 antiqua germani imperii iura et Maiorum morem vin-
 dicanti, nauavit operam, quam ob rem an. 1116
 amplum ab Imperatore in Nordgauia Dominium
 Weilnbach (incunbula Monasterii Ensдорfensis) ob-
 tinuit, a Rapotone Palatino comite fortasse 1099
 relictum; (63) a Calixto autem II an. 1120 Coeno-
 bium in Undersdorf fundare, et Hierosolymam mi-
 grare ob id auctum iussus est. Audiamus ipissimam
 Calixti sententiam, quae in Ottonem, Hazigae fi-
 lium

59) Comes Otto, matre sua et fratribus feliciter ex mundi
 huius naufragio translati, — locum ad se illuc (in Vien-
 houen) pertinentem — tradidit. Priuil. R. Henrici V.
 an 1107. M. B. Vol X. 442. Idem confirmat Conratus
 Schirensis Monachus: Comes Otto, filius Domine Hazige
 fundatrix, qui et postea fons eadem urbi (Castro Schi-
 rensi) dominabatur, IV. filios habuit. Ibid. 393. et 395.

60) Circa an. 1096 Meginwardus Epus frisi, praefidebat il-
 laco eiusdem Ottonis aduocati fui, et fecit inquiri dan-
 na Ecclesie sue in sua aduocatione apud Pienconewa.
 Meichalb P. II. p. 525.

61) M. B. Vol X. 438.

62) Priuleg. R. Henrici V. ibid. 444.

63) Cum Otto Comes Palatinus bene meritus fuisset de Cae-
 sare Henrico, ab eo dono accepit curtem, et Dominium
 Weilnbach dictum, sicutunque in comitatu Ottonis comi-
 tis de Horeburg — an. 1116, regnante Henrico V. Bu-
 tus T. II. 330 ex Monum. Ensдорfensis p. 275.

(31) Meichelb. P. II. p. 293. 318. 320. 324. 381. Fritilo quoque primus testis est in loco Wolamotesacha, et ad flumen Apaufam (Abens) ad an. 843 — 853. Anamodus L. I. Cap. 83.

(32) Meichelb. P. II. p. 394. ad an. 883.

(33) Meichelb. P. II. p. 377. 372. 429.

Mammingen, et Vstarlingen ad Isaram Tingolfingen inter et Landau; (34) impetravit et Gozbaldus antecessor huius Otkarii Rectoris Abbatiae Altahenfis a Ludowico Rege in villa Ingoldestat ad Parochiam S. Mauritii ibidem insignem donationem, (35) quam praeclarus Historiae Professor Jo. Mederer in comentariolo suo de villa Ingoldestat illustravit. Haec prolixius et curatius in gratiam Breuiarii Vrolii Abbatis res gestas Otilonis, et Tassilonis Ducum antiquissimas enarrantis, ac propter seriem Advocatorum Monasterii Aistahae inferioris Seculo X et XI, inde ab aetate Luitpoldi ducis posteriorum memoriae traditorum, tum nummi causa, cui inscriptus putatur Hratholdus Dux — Regina civitas; denique ad cognitionem Hrodolti cuiusdam Senioris seniore cum Luitpoldo comite an. 824 in publico Placido Pheringze ad Danubium sub Baturico Ratisp. Epo, et an. 831 cum Timone, Palati comite in publica Synodo Frisingae praesentis, (36) nec non Luitpaldi, Tassiloni Duci aquaeui, (37) qui fortasse pater fuerat Ernesti I Ducis, idemque et schirenius, ac Voheburgensium comitum tempore Tassilonis Ducis Protoparens.

Haut quaquam haec mea obseruatio vana ex econominibus Luitpoldis, Ratoldisque temero petita ariolatio est; et sine calce, vt aiunt, arena; cohaerent omnia et singula cum nominibus, Pagorum comitatus,

- 34) Falkensteins Bezeugnisse für das Burggräfthum Nürnberg. Verlegt zu Neustadt an der Aisch 1789, in Tel. bei Jel. Samuel Frib. Niedel. p. 13. Testes: Fritilo, Papo, item Papo Wolfregil, iterum Wolfregil, Erchanperht, Chuniperht — Aduocatus Otkarii Epi Wicpotus. Actum in Regina ciuitate, et M. B. Vol. XI. p. 183.
 35) M. B. Vol. XI. p. 107. ad an. 840.
 36) Meibeld. p. II. p. 248. 249. 293.
 37) M. B. Vol. XI. p. 16.

mitatus, officia advocatorum, comitum palatinorum dignitas, Locorum ditiones, exautorato an. 788 Taifilone Duce, eiusque Filiis Theodone et Gepaharto (*) adtoufis, atque monasteriorum carcere inclusis, suos ad nepotes translatae; iungitur enim Liutpaldus Taifiloni Duci tanquam sanquine iunctus, saltem ut princeps id aetatis; eodem modo Wafugrim (quem ex coenzo codice Lunaelacensi comitem nouimus danubianum) Fricho, Ratolf et fratres eius, cellam Aeringam prope Sunchingen ad Laberam maiorem tradiderunt, et Maiol et Pertrih praedia in villa Hrodolfeshusir ad abunsam, proxime Mainburg, et in villa Phetrarah. (38)

Eodem pacto in quadam recensione bonorum vetustissimi monasterii metensis, ex antiquissima notitia producta, et a Gregorio X S. P. an. 1275 denuo confirmata: occurant practer Jura in pago Sualafeld, Radoltesdorf, et villam Wischiliburg, a Pertholdo, Arnolfi II filio, traditam, et ab Otto-

ne

(*) Eundem Gepahardum Herm. Scholliner in nouissima Tabula sua genealogica de Comitum Schirensium Origine patrem Ernesti et Marchionis Nordgauensis Boiohemiam versus statut: milu vero Liutpoldus, Taifiloni Duci an. 788, coaevus, atque ab ill. Buato Scientiarum Academiae ex Col. Frisingensibus produktus magis arridet. Observaciones, meas vna cum propagine eiusdem Liuthaldi fortasse ex principe Hahhilingorum familia exhibebit Tabula in Appendice.

38) M. B. Vol. XI. p. 16. 15. Aduertes etiam hac in Notitia, benevoli lector, animum ad Starcholfum, pag. 14. filium Timonis, Satoris comitum Palatinorum primorum Boioariae in villa Tuolbach proxime Mosaburgam, et Phetaracham in faram ibidem exeuntem potentissimi, Meichelb. T. I. P. I. p. 54. 52. nec negliges Carmen antiquissimum Laudibus Timonis Comitis sub Udalbaldo Praeposito Frisingensi an. 800. (interfuit enim Cambio Reginberti abbas S. Castuli Udalbaldus iste) compositum, ibid. P. II. p. 38.

ne II Imper. an. 976 confirmatam, decimae in Hemmingen, Pirchelprune, Geckingen et in Tiernpuch, (39) villaे sunt proxime Pferingen, et Neostadium ad Danubium, et in ditione Abensbergenfium et Voheburgenfium comitum, teste codice nostro, erant.

Occurrit an. 866 Ratoldus in Peresharteshuson (Perezhausen) Frumdorf (Pfraumdorf) et in Retin-poh (Reitenbuch) ad Laberam supra oppidum Hemau, non longe a Praitenbrunn, vbi Ernesti Marchionis proprietatem vidimus, in commutatione Ambiichonem inter Epum Ratisp., et Adalper-tum, (40) Adalpertum hunc comitem Babenbergen-sem, et Burggrauiorum Ratisponenfium progeni-torem, patremque Henrici Marchensi francorum, qui Niufriam in potestate habuit, et an. 886 occi-sus est, (41) fuisse reor, eo quod et Otto comes de Suinuorde, et Dux Alemannorum tradidit S. Bonifacio oppida in regione Noricorum Berharteshu-sen, et Bilingriz (Peilngries ad Almonam et Hirsch-berg, (42) Prodit etiam hic Adalbertus, ni sum-mopere fallor, patrem suum Adalbertum, Ernesti nobilissimi boicae gentis comitis an. 829 socium in Diplomate Ludouici Regis ad regiam curtem Rantesdorf (Ranshouen) dato. (43)

Ecce tibi! Maiores Adelberti, Adalharti, et Henrici, comitum Babenbergenfium, et nece sua et Societate Luitpoldi, boici exercitus contra Hun-gros Ducis, in Germaniae Annalibus immortalium;

vnde

39) M. B. Vol. XI. p. 449. 357. 439. 426. 433.

40) Ananodus L' I. Cap. 15.

41) Annal fuld.

42) Io. Frid. Schannat in Corp. Tradd, Fuldens. p. 318.

43) Chron. Lunzelac. p. 70. 72.

vnde Marchiones orientalis Franciae, vnde Burg-
granii Ratisponenses, ac rietenburgenses comites
quorum filiae partim genus Babonis comitis schi-
rensis et Abunsani, partim comitum de Lechesge-
munde, testimonio Biographi Conradi Aepi Salisb.
propagauerant, id quod infra monstrabimus.

Excusabit aequus Luenbrationum nostrarum
censor curtum fragmentorum thesaurum, nec cre-
briores digressiones, nec raspopias, episodiasque in-
digestas nostras vitio nobis vertet; tristi enim in
monumentorum busto hoc aeuo versamur, et dis-
iecta codicum elementa in rem nostram ex ruinis
eruere, necesse est. Patientiam itaque tuam, Le-
ctor, dormitantem sicuti Homerus Minervam, ac
musas, etiam atque etiam imploro.

Nisi Lindouici Regis orientalis Franciae pre-
ceptum, Ratisponae an. 843 datum, (44) nos fal-
lit, pagus Chelesgouue sese ultra Danubii et Abun-
sae ripas extendebat; eoquod villas Sandoltshusen,
et Guntereshusen proxime Mainburgum, et Ruodol-
teshusen in Praefectura Mosaburgensi, atque, vt
mihi videtur, Herigolteshusen, ac omnem regio-
nem vsque ad Amberam, in Isaram emanantem,
terminabat. In eodem pago Chelesgouue situm erat
regium praedium cum silua Bozinwanch an. 1040 in
comitatu Ottonis comitis, quod Henricus III Rex
pro animae remedio Conradi Regis, patris sui mona-
sterio weltenburgensi tradidit, (45) et Fringe singum
an. 1014 pariter in comitatu Ottonis comitis, (46) Fa-
teor

44) Lib. Prob. Emmeram p. 47.

45) M. B. Vol. XIII. p. 552: Diploma Henrici III. Regis
Bozinwanch infra Weltenburgum trans Danubiem, iam
Soliitudo est.

46) Diploma ap. Heubergerum in Ichnogr. Chronicis Baben-
berg. P. I. p. 105.

teor ingenue, me hunc locum conjectura non omnino
assequit: fortasse in autographo Iringsingen scriptum
legitur, aut Ernsingen nunc irnsing e regione ad-
ostia Abusae, curtile postea Ekehardi comitis (47)
Quam late autem patuerit pagus Chelesgouue, vi-
demus, eo quod Duntingam et Daueningam trans
Almonam, et Anlauteram capiebat, et pagum Sua-
laudam adtingebat. (48) Fortasse Celensum, roma-
na statio, ex tabula theodosiana nota, huic pago
nomen indidit; proximum est romanum Cenum,
(Auning) unde aram romanam Academia Scien-
tiarum Monacensis, iuncta mea etiam opera, ab
Etmundo Schmid Monacho Weitenburgensi ami-
co meo incomparabili, accepit; iuuulus enim
Chelsa, supra castrum Ottelingen oriens, et infra
Pferingam in Danubium exiens, ne adcolis quidem
memorabilis est. Quidquid etiamnum Lis est, qua
ex Dannbii parte hac in vicinia Arufena, Cenum,
et Celeusum antiquitus steterint.

§. IV.

Engildeo Comes in pagis Chelesgouue, Wester-
manomarcha, Sualaueda, et quaquaversus in Tuo-
nagouue post Ratoldum Ducem aequa, ac comitem
palatinum potentissimus extitit. Conseruavit me-
moriam eius Anamodus, scriptor rerum Emmera-
mensium Seculi IX praecipuus. In eins Comitatu
an. 379 erat villa Samutespach ad Laberam mai-
rem

47) M. B. Vol. XIII p. 356 Magirihingen decime de
curtili comitis, Ernsingen decime de curtili Eckjhardi.
Superfunt etiamnum rudera curtis Marhing, vernaculae
Burgstal, proxime Pfering ad Danubium er irnsingen.

48) Villae Duntinga et Daueninga in Kellergowen in comi-
tatu Magenonis an. 1002. Andr. Mair. Thef. Iur eccles.
T. IV. p. 71. 62.

rem proxime oppidum Lankwart in praefectura cheleimensi, ab Eberhardo comite Ebersbergensi haereditario iure possessa, et an. 1037 eidem Virginum Monasterio vna cum viculis adiacentibus legata. (49) Augebant eandem donationem eodem in loco Arnolfi comitis de Schiren filii Arnulfus et Conradus de Dachau initio Seculi XII praedio Sigbrantesdorf (Sigerstorf) sub Frideruna Abbatissa comitissia de Hohenburg in Nordgauia, et Eberhardo II de Razenhoun aduocato; (50) Richildis comitissa de Bogen, addidit ibidem praedium Spanhof, et II mansos in Atelhausen, ac Berchtama Heidem et Rachlem; (51) commutationi praedii Schmidendorf ab Antistite Gerbirga Ebersbergensi ibidem facta sub an. 1040 advocatus Babo (comes de Schiren et Abensberg). (52) Enumerationem villarum eiusdem Praepositurae Geisenfeldensis in Sandesbach adiungam adpendici diplomaticae.

Stupinga quoque, (Stauning) et Tagaratinga (Teuharting) Parochiae proxime monasterium Wettensburg et Abensbergam, et Elisendorf proxime Razenhoun ad Abunnfam ad Engildeonis comitatum an. 888 pertinebant. (53)

Engildeo comes principem inter comites Boioriae locum obtinet in memorabili illo praecepto Arnolfi Regis, dato XII Kal. April. an. 890. actum Mosaburch regia ciuitate; quum Rex pro animae remedio patris sui Karolomanni in pago Quinzin gewe, pagis Filusgoune, Rotagouue, et Viohpach gouue

49) M. B. Vol. XIV. p. 180.

50) ibidem p. 193.

51) ibidem p. 217.

52) ibidem p. 186.

53) Ananodus L. II. Cap. 2. et L. I. Cap. 58, et L. E. Cap. 98.

gouue contiguo, Monasterio Emmeramensi abstractam iniuste proprietatem restitueret. (54)

In cineres sub hunc annum vrbis Regina, et Liutswinda mater Arnolfi Regis ad plures abiit; (*) quae res facit, vt aliquandiu Mosaburgam id temporis abbatiam, regiamque ciuitatem ad Isaram se se recipiens Rex cum aulicis hoc negotium peregerit. Reliquos inter comites Boioariae ad frequentissimum conuentum Mosaburgae confluentes, comparuit quoque Chunibertus comes, in cuius comitatu an. 899 sita erat villa Luitpoldi comitis Herigolteshusa, ad Ministerium Iringi pertinens; (55) praesidebat itaque Engildico comes, et hac in regione ad Amberae ostia comitibus, quemadmodum sub Ludouico Imperatore Liutpald et Ratold comites an. 824 in publico Placito ad Pheringen. (56)

Aquinifuit etiam monasterium S. Castuli Mosaburga an. 896 a Rege Arnolfo ad Amberae ostia pro animae suae remedio pascua, actum Ratisponae. (57)

Deuiat igitur Julius Aquilinus Caesar, si Abbatiam regiam S. Castuli, et Mosaburgam, inde regiam ciuitatem an. 890 dictam, non in Bauaria ad Isaram, sed in Styria inquirit; (58) Arnulfus enim primo iam Regni Sui anno 886 Kal. Jan., substituto in sui locum, Luitpoldo Marchione, ex Carinthia migrans, in Regina ciuitate pro noua castri Ebersbergensis plantatione Sigehardo comiti, monasterii

54) Lib. Prob. Emmeram p. 74 76.

(*) ibidem p. 81, et Kleinmeieri cod. dipl. Iunaw. p. 115, et Meichelb. T. I. P. I. p. 146.

55) M. B. Vol. I. p. 351.

56) Meichelb. P. II. p. 249.

57) ibidem p. 404.

58) Annal. Styriae T. I. p. 347.

sterii Mosaburgensis aduocato, diploma impertiit. (59) Rursus eodem anno XII Kal. Martii ad Otingun, curte dominicali, (60) diploma propria manu confirmavit; et an. 889 X Kal. Jun. in Reganespurg concessit monasterio metensi praedia in Ratoldesdorf; (61) III Non Jun. 889 in Forabheim, curte regia, adparet; an. 890 XVII Kal. Maii itidem in Reganesburg; (62) an. 891 XII Kal. Aug. ad Matahoue, curte regia. (63)

Mosaburgum autem Castrum in Carinthia in Diplomatis Regis Arnolfi sub an. 888 curtis et ciuitas carantana, etiam Karantano, et an. 890 in eiusdem Regis diplomate XII Kal. Decemb. Matahouae in villa regia dato, Carantana ciuitas, ad Mosaburch abbatiam, vbi S. Adrianus Martyr requiecit. (64)

Praeterea in Engildeonis comitis Comitatu erat Scornashoua (Schonhofen proxime Eulsbrunnen in pago Chelesgoue, etiamnum in Praefectura cheleheimensi) vel, si maius cum cl. Romano Zirngibel Schrozhouen ad Laberam Supra Beretshaufen apud Nariscos in pago Westermann. (65)

Denique meminit Egildeonis comitis diploma Arnolfi Imp. an. 895 Nonis Maii in pago Nordgouue, in Comitatu Cheldionis (puto esse diminutiuum ab Engildicone, quemadmodum Eppo ab Eberhardo, Patto a Dietboldo, Helti ab Helmberto,

Papo

59) Auentinus in der XIII Stammentafel des Grafen von Sempf u. Ebersberg refert Diploma Arnolfi.

60) M. B. Vol. XI. p. 423.

61) Cod. dipl. Iuuau p. 106.

62) Meichelb. P. II. p. 402, et M. B. Vol. XI. p. 127.

63) Meichelb. P. II. p. 403.

64) Cod. dipl. Iuuau, cit. p. 173. 114.

65) Anamodus L. II C. 33.

Papo a Wernhero, Popo a Bertholdo, et sic sexcenta nomina, quae Germanorum mos et os, ad pronunciationis venustatem minus rotundum, frequenter decurtabat) Pfaldorf, Gundelfingen, Harellanta, Vnterharelanta, quas Hildegart neptis nostra, et Engeldicht comes, nec non et Hago vicarius eius et advocatus praefatae Hildegardis Megengozzo Vasallo dilecti nostri fidelis Erkenboldi Epi (Eichstettensis) fraude mali ingenii abstulerunt. (66)

Lis orta est an. 1764 Pfeffelium inter, in mortalem Academiae Boicae socium, et anonymum quendam de situ loci Gundelfingen eiusdem Diplomatici arnolfiani: hic pro Gundelfingen ad Almoniam proxime Rietenburg; ille vero pro Gundelfingen ad ostia Brenzae non procul a Giengen et Lautingen stabant. In rem meam est vtriusque Sertentis, eo quod non solum Monasterium Neresheim, teste Auentino, hac in regione a Tassilone Duce fundatum esse dicitur, sed etiam comites schirenses Seculo X et XI ibidem rerum potentes fuere. Hoc saepe experientia certum est, magnum saepe Patriae, ac Principibus detrimentum causari ex veteris rei diplomaticae negligentia, et priccae Geographiae infictia.

Quidam Engildeo comes, mea opinione, de numero Maiorum Engildeonis, de quo heic agimus, aut pater, interfuit an. 822 cum Deotpaldo, abbatte Altanae inferioris, Sigimoto Abbe mosaburgensi, et Agno Episcopo Eichstettensi, qui simul erat Abbas S. Petri monasterienis, et Batirico Epo Ratisp., Adalramo Aepo Salisb. et una cum comitibus Liutpaldo, Odalscalio, Adalperlito, Keroldo

66) Falkenstein Cod. dipl. Nordg. Num. 9.

roldo Synodo Ergoltinganae, villa est infra Landshutum. (68)

§. V.

Papo comes in Vicinia nostra danubiana an.
 895. sequitur Engildeonem Comitem exautoratum:
 In Pabonis comitatu erat Vtilinga proxime Straubingam, et Dengilinga ad Laberam maiorem infra Sunihingam. (69) Sunihingam successu temporis Vdalricus comes de Ebersberg, et coniux eius Richarda (Soror Marquardi marchionis Carinthiae, qui erat pater Adalberonis Marchionis Istriae et Duci Carinthiae Geisenfeldae an. 1039 sepulti; unde Marchiones Hohenburgenses in Nortgouia) post Matronae Williburgae amitae suae obitum accepit, quod nemo negabit, si eorum, quae de Praefitura Geisenfeldensi Santesbach praemisimus, meminerit. (70)

Poponem comitem in pago Tuonchgouue (vernacule Tunkelboden, in quo etiam praedium Wiischilburg Pertholdi Arnolfi II filii) in cuius comitatu Strupinga (Straubing) an. 898. (71) Ill. Buat fatorem Burggrauiorum Ratisp. existimat, (72) nec sine ratione; quippe pagum Tuonahgouue Burggrauiatui Ratispon. Sec. X, XI et XII annexum fuisse ex pluribus coaevis litteris colligi potest. Verum de Burggrauiatu Ratisp. sub Carolinis, et
 sub

67) M. B. Vol. VII p. 4 et 21.

68) Meichlb. P. II p. 230 — 229.

69) L. Prob. Emmeram. p. 77.

70) Lib. Tradit. Emmeram. ap. B. Pez Thes. Anecd. p. 95. 97. L. cit.

71) M. B. Vol. XI p. 127 Diploma Arnolfi Imp. Aduum ad Curtem Feldam.

72) Origg. D. B. T. I p. 198 ap. Buat.

sub Arnolfo I Duce nihil constat. Differendum itaque puto sub an. 950, quo exautorato comite palatino Arnolfo II, Otto I Rex Burggrauios Ratisponae instituit. Exemplum habemus in vrbe Magdeburgensi, vbi idem Otto Rex an. 969 primum Archiepiscopum, primumque Burggrauium designauit. In praedicto autem Papone fratrem Arnolfi I Ducis agnosco, pagi Tuonchgonue comitem, vbi et reliquos comites schirenses repertos damus.

Papo et Isangrimus comites a Ludouico Rege an. 901 impetrant vineas Ekeberto Monacho S. Emmerami in pago Westermann in comitatu Luitpoldi ad villam Maetingam, (73) (Bergmatinga ad danubium e regione oppidi Abach proxime Gundunes-husen supra Sinzingen pago Chelesgouue contermina) de villa autem Gunduneshusa in pago Chelesgonue redibit Notitia (Cap. VIII. §. II.) originibus schirensis domus in primis digna.

Pabonis, et Meginwarti comitum, fidcliumque Regis Ludouici Ministerialium interventu an. 904. Tuto Epus Ratisp. ad ostia Marchluppe amnis in Oenum in Matahgouue comitis Isangrimi, qui iam ad curtem Muningam (Mumling prope Frauenstein et Eringen) consentiente Guntbaldo, eiusdem beneficii posseffore, pariterque cum Iringo comite, atque Engilberto consilium dante, obtinuit. (74) Videamus eodem in loco Marchlappa, et in vicinia Cuntpertesdorf, (Gumperstorff) et Zilare (Zeidlern et Lenberg proxime oppidum Maerktl, et cafrum Julbach) ad an. 927 potentem Jacobum comitem de Dachowe, Engilratam coningem eius, et Aribonem filium

73) L. Prob. Emmeram. p. 84.

74) ibidem p. 95

filium fundi huius dominos; (75) et seculo XI et XII Babonidas.

Babonibus iisdem addo Werinharium comitem ad an. 870 sub Annone Epo Frising. in ditione Abensbergensium comitum ad Abunsam in villis Huntlipah, et Weinginpah, vtilisque ad castra Razenhouen et Ruodolteshusen sitis. (76) Aquisinit idem comes Werinarius facultate Regis Ludouici in Loco Strogan, proxime villam Papertingam ad rivum Strogan, quem amnis Sempta infra Langenpreis excipit, et secum non longe a Mosaburga in Isaram deducit. (77)

Pernouimus has villas Huntlipah ex Communitatione Adalperonis, filii Vdalrici, strenuissimi comitis, regula iustitiae comitatum noricae prouinciae (noudum adulto Rege Henrico Nigro) gubernantis; erant ad Abunsam in pago Rudolfeshusum dicto. Actum est hoc in Coenobio Eparaspurgensi an. 1034. (78)

Williburga, amita Vdalrici comitis Ebersbergensis praedijum Teigingun (Teugen in praefectura cheleheimensi supra oppidum Abbath, atque II mansos ad Huntlipah legauit Monasterio Ebersbergensi. (79) Quis igitur illam Williburgam de Chelesgau in tabula monasterii inferioris Ratisponae apud Paricium conservatam, meo ex cerebro natam dicet? (80) Epocham solum mendosam puto, quae minus

75) Kleinm. Cod. dipl. Juua. p. 137; et Meichelb. P. II p. 439.

76) Meichelb. P. II p. 374.

77) Ibid. p. 376.

78) ibidem P. I p. 230, et Cod. dipl. Ebersb. p. 44.

79) Chr. Ebersb. p. 13.

80) Paricili allerneneiste Nachricht von der Stadt Regensburg. Edit. 1752. p. 190.

minus apta est Willibiriae Ebersbergenfi comitissae, aut Vdalrici comitis amitae, et S. Vdalrici Epi zugustani matrinae, aut filiae cognominis eiusdem comitis Vdalrici, primo Werigandi comitis Forolini, et Domini Goritiae coniugis, tum Wezelini comitis Histriæ, quem Boioariae comitem palatinum Necrologium Salisburgense ad an. 1040 nuncupat, (81) et alia notitia fratrem Dietmari II Aepi iuuauiensis, cuius perpetuus advocatus Waltherus ex codice Ebersbergenfi (82) cum filio cognomine, et consanguineis notissimus. Willibiriae, Vdalrici comitis amitae, maritum in Chelesgouue et ad Abunsbergam, Santesbach, et Sunbingen adeo potentem si compertum haberemus, Wernheris, Babonibus, Ottonibus Sigehardis schirensibus plura testimonia ac suffragia accederent.

Desideramus insuper duarum filiarum Vdalrici, comitis Ebersbergenfis anonymarum nomina; etiam Willipirgis Antistes Monasterii Kühbacensis prima originem duxit ex comitibus Ebersbergenfibus. (83)

§. VI.

Reliquae Notitiae de Luitpoldo, Arnolfi Duci Patre.

Jam ad finem perduximus seculum IX, quin ex ipsa Arnolfi Regis charta, in regia ciuitate Mo-saburga an. 890 data, et Principum Boioariae nominibus plena, (84) de comitibus Voheburgenibus cum comitibus Schirensibus certum sanguinis nexum

mon-

81) M. B. Vol. XIV p. 372 VIII Kal. Martii

82) Cod. Trad. Ebersberg ap. Oefel. p. 35 Num. CLXII; quis nobis restituet ibidem Arnolfum et Engelbertum?

83) M. B. Vol. XI p. 525. 545.

84) Lib. Prob. Emmeram. p. 72 Num. XXVII cum Adpen-dice.

monstrare possemus. Superest iam seculum decimum, quo, extincto an. 911 Carolidum in Boica-
ria sanguine, et vniuersa Germania suis suis in Du-
catibus prisco more et lege Duces eligente, maior
rebus boicis Lux oritur. Imprimis sub rege Ludo-
vico infante, a patre Arnolfo Imp in Germaniae
Principum tutelam commendato, Boioriae etiam
Principum, et comitum aurea Libertas, Patriae
amor, ac summa rerum potestas in aprico fese mon-
strant; praesertim in eiusdem pueri Ludouici Regis
Priuilegio, Waldoni Epo frisingensi Magistro suo.
an. 906 ad Holzkirchen non procul a Vallaia, et
monasterio Tegernseensi impertito; (85) quos inter
eminent boici Principes, comites Adalbertus, comes
Babenbergensis, Laipoldus Marchio, Ducum Boicae
Domus, comitumque schirensium Sator, Burghardus
comes, alias a Burghardo postea Thuringiae
et Alemaniae Duce, qui huic rei simul interfuit
(nostrum vero patrem existimo Burghardi, comitis
de Geisenhusen, qui iuncta sibi coniugio Adelhaide,
Arnolfi I Duciis filia, Henricum Episcopum augulta-
nam progenuit apud Arnoldum Emmeranensem ur-
bis ratisponensis Praefectus, et in Hundii metrop.
Salisb. an. 973 referendus Marchio in Monumen-
tis passauienibus audit) Sigehardus comes Ebers-
bergensis, propinquus Arnolfi Imperatoris, et Lui-
poldi, Abbatiolaeque Mosaburgensis an. 908 aduo-
catus, Cunboldus commutatione mancipiorum cum
monasterio Mosaburga notus, (86) Iringus, in cu-
ius monasterio an. 899 erat Herigoldeshusa in co-
mitatu

85) Meichelb. T. I P. I p. 152.

(*) Arnoldus in vita S. Emmerami; Hund. Metrop. Sal.
p. 123. edit I.

86) Meichelb. P. II p. 421.

mitatu Chuniberti. Isangrimus comes, filius multorum opinione Engildeonis comitis Danubiani, et mea pater Isangrimi Epi Ratisp. ad cuius mensam id temporis monasterium Weltenburgense sub aduocato Falchrato pertinebat; (87) et Engelbertus et Meginhartus comites, ex aliis perceptis eiusdem Regis, an. 905 in Regina ciuitate datis, (88) noti. Neque Jacobum, frisingensem aduocatum sub Waldone Epo comitem de Dachau; filiumque eins Arbonem comitum Seonenium et Palatinorum Satorum ignoramus.

Silent monumenta emmeramenia per primum seculi X medium, rara vbiue rerum gestarum de danubiana regione, quam elucubrandam suscepimus, supereft notitia; omnis Annalium, Scriptorumque memoria euauit cum diligentissimo Anamodo. Expendendae itaque restant primordia seculi X, perlustrandae mihi praetiosae Altahae inferioris reliquiae, codices frisingenses sub Epis Tracholfo, Wolframo, ac Lamberto scripti et codices Jauauaenses ac cl. Kleinmaiero editi, cuius thesauro diplomatico, et testimonii in vtraque pagina huius commentarioli vsus sum; praesertim aetate Odalberti Aepi an. 923 — 933.

Reperimus Luitpoldi nostri boici Comitatum sub an. 895 in quo situm est Curkefeld; (89) Engildeone autem Boioariae Marchione honoribus an. 895 priuato, in huius locum Luitpoldus, ne-
pos

87) M. B. Vol. XIII p. 310.

88) Meichelb. T. I P. I p. 151; et L. Prob. Emmeram. p. 88 pariter ad an. 903, Actum in Otinga.

89) Diplomata haec in Lucem produxit Cl. Westenrieder in seinen Beyträgen III Band Ausgabe 1790. zur bair. Geschichte.

pos Regis Arnulfi, subrogatus est. (90) Jam comper-
tum habemus annum, quo Luitpoldus ex Carinthia in
Boioiam descendit. Circa idem tempus Hildegarda
Domina pacifici Regis Ludouici filia orationis gratia
cum Luitpoldo, famosissimo comite ad (S. Walburgae)
monasterium deuenit. (91) Situm erat hoc mona-
sterium in Heidenheim in pago Sualafelda, teste
Wolfhardo Hasenrietano, aequaeuo scriptore, et
Medibardo Poeta, cuius Carmen miram animi, aeta-
tis et veritatis simplicitatem spirat. Ratisponenses vo-
cat Reginenses; Luitpoldum gloriosum comitem;
mulieres franciae orientalis Francigenas; meminit
etiam Engiliuindae Bergilensis, et Geilae Matronae;
Leibolfi pro Luipoldi. Initium Carminis: „Paracelite
sancte veni, Perla hortum cordis mei; vt fluant
hic aromata, Tibi redolentia.“ —

Erimbertus Princeps cum ceteris Primoribus
Gentis Bawiorum, qui postea Regi (Arnolfo)
fusque rebellis extitit a Priznolao, quodam Sla-
no Duce, Regi fido, comprehensus, et a Luitbaldo
strenuo comite, aliisque vinculis illigatus, Regi ad
Rantesdorf (Ranshouen curtem regiam ad Oenum
prope Braunau, et Monasterium) est praesentatus,
Christi Domini natale anni instantis finiente, ad
an. 898. (92)

Luitpoldum ad Herigoldeshusam cum Vasallo
suo Cholone an. 899. vna cum autore Monasterii
Rotae, Chunone comite Palatino, eiusdem praedii
haere-

(90) Additam. Annall. fuld. in Analectis Vindob. ap. Kol.
1 ar. T. I p. 526.

(91) Acta S. S. Bolland. T. III Febr. XXV p. 330. In
Vita S. Walburgis L. IV C. I.

(92) Annall. fuld. p. 68, et M. B. Vol. III p. 309, 310.

haerede, nec non villarum Fricchindorf, Munihha
et Siezpath post Hartwicium aulicum comitem Do-
mino, iam supra expendimus.

Luitpoldi illustris comitis, et dilecti propin-
qui (Ludouici Regis) et Waldonis Epi Frising., et
Adalberonis Antistitis Augustani studiosissimi nutri-
toris sui rogatu Richarius Pasoviensis Epus in ripa
Anasi fluminis ciuitatem (*) XIV Kal. Febr. an. 900
Indict. IV Regni I Ludouici impetrat. (93) Eodem
anno ibidem a Luitpoldo feliciter pugnam pugna-
tam fuisse, reor, simulque castrum Ebersburg ad
Trauni ostia Sigehardo comiti de sempta, Luitpol-
di propinquo, in fidem contra Vngaros commen-
datum. An. 901 X. Kal. sept. Luitpoldus comes,
nepos Ludouici Regis, in ciuitate Radaspona sup-
plicat pro Epo Sabionensi Zacharia, ut quandam
curtem inter convallia in comitatu Ratpoti con-
sistente nomine Prichsnam, ab Imperatore Arnolfo
Otae Reginae coniugi suae concessam, obtineret.
Jos. Resch. T. II. p. 308.

Eundem Luitpoldum Principem an. 901 mon-
strauimus in pago Westermann, pago Chelesgowe
contiguo, (94) vna cum comitibus Papone et
Isangrimo, et an. 903 XVI. Kal. Mart. (ad Heres-
bruck, Praeposituram denique Monasterii Bergensis)
in pago Nordgeuni in comitatu Lintpoldi dilecti
propinqui (Ludouici) in villa Terrinhoua, quae per-
tinebat ad Ottunafiaz, quae est contingua loco —
Sentilapah (ad Pognizam amnem) proxime Laufen
versus Norimbergam, Sulzpath, et urbem Amberg,
qua

(*) Enßstadt.

93) Hund. Metrop. Salisb. Edit. I p. 120, et in Edit. Ge-
woldiana T. I p. 234.

94) Lib. Prob. Emmeram. p. 84.

qua in regione Luitpoldi Filii Arnulfus et Perths
dus Babonidaeque successu temporis maxima ex parte
auitis ditionibus locupletes extitere. (95)

Eodem an. 903 II Idus Aug. Otingae Liut-
poldi, Cumpoldi et Iringi comitum Consilio obti-
nuit ab Outa, Imp. Arnolfi vidua, Monasterium S.
Emmerami curtim Veldam in Velderio Marcho ad
Filisam, (96) proxime comitatum Geisenhausen, et
Dynastiam Eberspoint. Conferendum est hoc diplo-
ma cum diplomate Arnolfi Imp. eidem Ottae Regi-
nae an. 899 dato, ex quo comitatum Gumpoldi in
 pago Isanahgowe eruimus. (97)

Non tamen consensisse Luitpoldus videtur
Privilegio libertatis monasterii S. Emmerami, a Rege
Ludouico Puerō an. 903 II Idus Augusti Otingae
sine Principum arbitrio confirmato. (98) Animad-
uertimus insuper in eiusdem diplomatis argumento,
quod quidem autographum vocant Emmeramenses,
Regem infantem hoc negotium sine consilio Tuto-
rum suorum Episcoporum, et comitum tractasse, id
quod in aliis imperii Placidis sub hoc Rege minime
est factum. Expendi meretur hoc libertatis Prini-
legium multiplici ex ratione; certissimum enim est,
Regem Ludouicum infantem id temporis iuris sui
nondum fuisse factum. Attamen haec ego alia de
causa non commemoro, quam ut litium Arnolfi
Ducis ansam et initia cum Episcopatibus et Abbatijis
olim-

95) Neue B. Abhandl. II Band p. 63 Diploma Ludouici
Kegis, Monum. Monast. Bergensis dipl. Ottonis II Imp.
an. 976.

96) Libr. Prob. Emmeram. p. 88, et ap. Oefel. T. I p.
706, Diploma Arnolfi ad an. 899.

97) Diploma ap. Oefel T. I p. 706.

98) Lib. Prob. Emmeram. p. 90.

olim regiis, ab obitu patris Luitpoldi, ac Regis Ludouici Pueri intentius non nihil indagarem. Rnebant paulatim ad interitum singula Ministeria pagorum et comitatum; Patria aliam Formam induere nitebatur. libertas Principum, comitumque indigenarum periculum faciebat aliquandiu, et Legibus Baiuvariorum priscis, et exemplis aliarum nationum freta; repugnabant quidem Reges noui Germaniae manibus pedibusque rerum nouitati, denique ipsa regia autoritate imperium germanicum innouabant, sociosque suos ad principatum euehebant.

Eadem Ota Regina ap. 903 II. Kal. Dec. in Regina ciuitate Waldoni Epo Frising, ad restaurandam ecclesiam impertiit curtem veringam (ad Haaram prope Frisingam et Monachitum) atque hoc factum est intercessione boicorum Episcoporum et comitum, quos inter Luitpoldus iustis comes, et carus propinquus Regis (99) omnes supereominet.

An. 904 Ludonicus Rex rogatu et consulta Ottonis Epi (Frisingensis) Liutpoldi, Aribonis, Eringi, Kumpoldi, et Puponis comitum liberavit. Iocum goessensem ac Leubnensem ad Mueram in Styria in proprietatem et feudationem Aribonis comitis, Ottacari filii (comitum Palatinorum Secnenium an. 978, et Styriae Marchionum Satoris) (100)

An. 905 Ludonicus Rex Monasterio Altahae Inferiori, eiusque aduocato Heriolto confirmavit possessionem Rucinbara in Swainahgowe per Boioariae Episcopos, et Luitpoldum, Sighartum atque Iringum comites,

99) Meichelb. T. I p. 151.

100) Diploma ap. Sigism. Pusch, et Erasm. Froelich inter diplom. Sacra Ducatus Styriae P. I p. 3.

tes, ceterosque natu maiores, et consiliarios suos fideliter admonitus XVI Kal. Martii in Regina ciuitate, et ibidem III Kal. Maiar. per consensum Totonis Epi Ratisp. alias possestiones ad Strubingam et Simpliciam in pago Thuoahgowe. (101)

Diplomaticus eiusdem Regis an. 906 IX Kal. Maia Holzkirchen Waldoni Epo Frising. super libera inter se episcopi electione, confirmatione, (102) jam supra meminimus; monemus heic duntaxat lectorem, consensum, consultamque Episcoporum, comitumque Boioariae, in primis Luitpoldi nequaquam fuisse desideratum.

An. 907 XV Kal. Iuli Indict X, Regni Ludouici VIII Rex Ludowicus ob preces Dietmari Aepi Salisb. Luitpoldi et Isangrimi illustrium comitum Burghardo Epo Patauiensi propter deusiationem suae Dioceceos, a paganis factam, Otingam Epi proprietatem confirmat (103)

Needum anno 907, Luitpoldo nostro extre-
mo, (in acie enim ad Fluviu[m] Leitanban haud lon-
ge a Posonio seu Presiburgo (*) post mensem Ju-
lium,

(101) M. B. Vol. XI p. 129. 130. 126.

(102) Meichelb. T. I p. I p. 152.

(103) Hund. Metrop. Salisb. Edit. Ima p. 121.

(*) Conradus Comes Palatinus Seculo XI iuxta Danubium Versus Hungariam Viskahegemundu[m], Chrunbienuz, Bwancum terminis et appendicis suis legavit Monasterio Rotensis ad Oenum; unde, quaeſo, iste et in Marchia iuxta Rabam fluu[m] Chuniberge, et in Carinthia ditio[n]es? (M. B. Vol. I p. 354) nisi Luitpoldi heredem, aut nepotem putamus. Aliud maximu[m] momenti diploma Ludouici Regis, a nostris minus, quam par erat, ex-pensum, de Memoria nostri Luitpoldi an. 907 extat in traditt. Fuldensis p. 223 et 224 Actum in Loco Forte (proto Suinfordej sub tempus necis Adelberti Comitis Babenbergensis (cuius interitus etiam noster Luitpoldus a non nemine reus arguitur) in quo sequentes Episcopi et Comites recensentur: Hatto Aepus Moguntinus, Ru-

lium, si predicti regii diplomatis Epochæ confiat, fortissimus Dux cecidit) Ludouicus Rex, an. 893 natus, ephebis excessit; rursus enim an. 908 XVI Kal. Januarii ad Waipilingam consultu Principum Piligrimo Aepo Juuauensi in pago Salzpurchgouue in comitatu Sigihardi curtem Salzpurchhof in proprietatem concessit, et an. 909 XI Kal. Martii Abbatiam Trunsee (104)

§. VIII.

Vestigia Arnolfi I Dueis, Luitpoldi Filii.

Itidem an. 908 Nonis Febr., Indict. X. Regni Ludouici VIII Erchenbaldus Epus Eichstettenis obtinuit per Supplicationes Episcoporam et comitum Conradi et Gotefridi in pago Nordgowe in comitatu Arnolfi aliquas munitiones contra Paganorum incursus construere, mercatum instituere, telonium erigere, et monetam cudere. Actum Francofurt. (105)

Recensentur insuper hac in Notitia Eitensheim proxime Luipoldeshouen) Puchseshelm (prope Gammersheim) Meikenlohe (prope Nassafels) Chyienfeld ibidem, Kamersberg (mons saltuosus ibidem in pago Chelesgouue, ac non adeo procul a villa Pettenhouen, ubi ad an. 1030 Babo praedium Ekihardi in manus Marquardi tradidit monasterio Welenburgensi; (106) cui hanc in rem addo Praeceptum

dofus (Epus Wirceburgensis sequentis Gebehardi Comitis frater. Tuto (Epus Ratisp); Comites Gebehardus (Franco et Hassiae Comes, aemulus ille et internecinus hostis Adalberti Comitis Babenbergensis) Luitpoldus nostor, Burghardus, Egino, Liutfredus, Fringus, et Cuntpoldus. Diem et mensem votare oblitus sum, nec iam Diploma est mihi ad manum.

104) Cod. dipl. Juuan p. 119 121.

105) Falkenst. Cod. dipl. Antiq. Nordgau. p. 17 Num. X.

106) M. B. Vol. XIII p. 349.

tum Conradi II Regis, in quo memoria Ekehardi comitis an. 1029 conservatur eadem in vicia, (107) cuius nouissima verba haec sunt: „Haec est traditio comitis Ernesti, pro qua recompensato sibi honore, Ducatum Boioaricum tradidimus.“ Et Babonem et Ekehardum Schirenses comites existimo.

Non absque dote in Alemania Luitpoldus Marchio noster connubio sibi iunxerit Chunigundam, potentissimi sueiae Principis Sororem; unde ditiones comitum Schirensium et Voheburgensium in suevia ad Giengen, et Risinesburg, ceteraque his consimiles ad eorum posteros peruenire potuerunt.

Arnolfus Imp. an. 898 per interuentum Liutpoldi, dilecti comitis sui, cuidam Vasallo Reginponi in pago Lobotengouue in comitatu Liutfridi in villa Wirlheim impertit proprietatem. Actum ad Reganesburch XV Kal. Nou. (108)

Nec adeo itaque deuiare, fallique me puto, si illum Arnolfum comitem testemque traditionis, in Rhaetia curiensi coram Ludouico Rege ad Monasterium Lauresheimense (fatis Ducas Tassilonis notum) a Rutberto an. 904 in Ingelheim factae, Luitpoldi filium, et Adalbertum comitem Babenbergensem fuisse, suspicor; (109) Berno enim an. 972 in

comi-

107) Falkenst. Cod. dipl. Nordg. Num. XII.

108) Codex Laurisheimensis Monasterii Tegernseens. Typis p. 103. Monasterium Lauriacense S. Nazarii (in pago Rinechgovoue quatuor Heidelberg Leucis binis Wormaria distans; pagus Lobotengau a Castro Lobodo, seu Loboduna ciuitate nomen hauisit, unde Lobenfeld, et Ladenburg Heidelbergae contiguus, et prope pagum Neccergowe. Videſis Marq. Freheri Origg. Palat. P. I Cap. VII p. 53. 55.

109) Cod. Laarish. p. 108.

comitatu Rhaetiae comes Palatinus conjecturas an-
sam dat, viduaque Luitpoldi. Chunigunda an. 915
Monasterio Lautisheimensi donatione praedii Gin-
gen benigna, et ibidem sepulta. (110)

Hatto ille Adalberti comitis Babenbergenis
nece ad an. 905 famosus Archiepus Moguntinus,
homo sobelae linguae, duraque ceteris, ac p[re]e
omnibus aliis ad tragicum Germaniae Theatrum fac-
tos. (111) erat id temporis simul Abbas Lauris-
heimensis, et ante Hattensem Adalbero Epus Augu-
stianus, ambo Ludouici Regis Tutores, et a consiliis.
Singularem meretur intentionem Regis Ludo-
vici diploma datum VI Idus Jul. an. 903 Indict. VI
anno IV Ludouici R. actum Tarase (Terasa castrum
erat Adalberti babenbergenis comitis) cui inter-
spicit Arnolfs, Luitpaldi filius, Rudolfs Epus (Wür-
zeburgerfis.) per Supplicationem Fidelium nostrorum
Hathonis, Waltonis, Erkenbaldi, Adalpero-
nis, Salomonis, et Totonis venerabilium Eporum:
Comitum Chuonradi, Kebcharti, Adalberti, Bur-
charti, Odalrici, Arnolfi, Luitfredi, Burchardi et
Erchenfredi petiit clementiam nostram, ut quasdam
res iuris nostri, quae Adalberti et Henrici fuerunt,
et ob nequitiae eorum magnitudinem iudicio Fran-
corum, Allamanorum, Bauvariorum, Thuringorum,
sive Saxonum legaliter in nostrum ius publicatae
funt, ad Episcopium suum Würzburg — pro re-
medio animae nostrae concederemus. Nos quo-
que eorum peditonibus annuentes ipsas res ad
praedictum S. Locum, ab Adalberto, et Hen-
rico vndeque vastatum in pago Gozfelda — et in pagis
Folgefela, Iphigowin, Crafelda donauimus. (*)

Erat

(110) Ibid. p. 16. (111) Regino, Luitprandus et Witichindus.

(*) Ex diplomatario Ekardi Franc. Orient., T II p. 897;

Erat inter Arnoldum, Boioarie Duce, et Erchangerum comitem, qui, Burghardo I, Alemaniae Duce, an. 911 in provinciali suorum conuentu tumultuaria Nece sublato, circa Regis Conradi astensum vltro in occisi Ducatum seie violenter ingessit, (112) tam arcum sanguinis vinculum, tantaque necessitudo, et voluntatis fatorumque similitudo, ut hanc ex Chronicis S. Galli notitiam heic praeterire non possem: (113) Discordia caepta inter Regem (Conradum I) et Erchangerum, ipso anno Erchanger cum Rege pacificatus est, cuius Sororem (Chunigundam), Luitpaldi relictam, Rex quasi pacis obsidem in matrimonium accepit. Et apud Hepidanum: Erchanger et Perthold fratres, et Vodarius comes, auxiliante ipsis nepote eorum Arnulfo, optimo duce Baicariorum, totum Agarenorum exercitum occiderunt.

Sequamur iam fugam Arnolfi Ducis, easque in Carinthiae inferioris regiones ad Sauum Cileiam, Gurgfeld et Landstrass, ubi patris sui Luitpaldi comitatum supra ad ann. 895 et 898 Pannoniae et Vngaris contiguum monstravimus; amissis enim una cum Erchangeri Principis capite in Alemannia rebus, spes nulla, Regem Conradum in ordinem redigendi, Arnulfo tum reliqua erat. Pacta denique cum Henrico I Rege gloriose pace, Arnolfum Duce non in Boioaria solum, ac in regione iuuuiensi, sed etiam longe lateque veteri in Carinthia Dominum conspicimus.

S. IX.

Expendamus itaque non nihil codicem Traditionum iuuauensem tempore Odalberti Aepi, et Arnolfi,

confer ibidem p. 708 Diploma Regis Arnolfi datum II Idus Martii an. 889 Actum in Urbe Mosaburg.

112) Hermannus Contract. ad an. 911.

113) Chron. S. Galli ap. Duchesne T. III ad an. 913.

Arnolfi, Baioatiorum Ducis, intra ann. 923 — 934 exaratum; (114) haustasque inde Notitias Notitiis Frisingenium Codicum accommodemus.

In primis insignem comitum boicorum numerum diuersis in Boioariae veteris pagis et comitatibus subministrat nobis codex odalbeitinus, quibus Academia patria metas et limites nondum posuit, nec comitum principumque origines, quibus in fortē Seculo X et XI cesserunt, praecipua cura, quemadmodum tempora Cacilditum, indaganit. Tentare licet, tentemus ergo, quantum senecta mea, corrupta nocturnis Lucubrationibus oculorum actes, et desiderati codices Paslauenses permittunt.

Odalbertus Aepus aut frater aut Leuir aut aliis sanguine proximus erat Richniae, nobilissimae Feminae, ex Familia de Senua seu Seon in pago Chiemingoune progenitae, et a Duce Arnolfo quam plurimis praediis in Boioaria ditatae; Dietmarus enim, et Bernhardus fratres, et Richniae huins Filii consanguinei Aepi Odalberti dicuntur. (115)

Existimare quisquam posset, Odalbertum ante suscepitum Archiepiscopatum maritum Richniae fuisse; quippe et Dietmarus et frater eius Bernhardus filii Odalberti Aepi dicuntur; rursum Bernhardus alibi consanguineus Aepi; (116) et Hartwicus eiusdem Aepi proximus, et aduocatus. (117) Erat

114) Kleinmeieri Cod. dipl. Juuaū. ap. 122 — 126.

115) ibidem p. 145 ad an. 924, p. 165, 164 Cap. 78. p. 147, 162, 155, 157, his accedunt duae filiae Richniae cum maritis non praetereundae p. 146; omnis haec familia in Chiemingau, Cidlarengau, Ifanahgau, et Rota-gau eminebat aetate Arnolfi Ducis ad an. 930; nec dubito, quia Richnia, quae in Viduitate sua Curtem Veldam a Ludosica Rege an. 903 obtinuit, ad eandem familiam pertineat. Lib. Prob. Emmeram. p. 88.

116) Cod. dipl. Juuaū. p. 164. 162. 165. 166.

117) ibid. p. 166.

Erat insuper eadem Familia ad Aiblingen, Rosenheim, ad cellam Gars, in oenara valle, ad Fornapam (Vomp) in pago Cilarestale, et Prihsinastale, atque ad Bauzanam; quemadmodum denique Otto comes ad an. 1000, Babo comes in pago Chiemingoue an. 1021, et Schirentes comites et Voheburgenses ad monasterium Rotam et Vischpachau ad an. 1077 rerum potentes.

Comites Mosaburgenses, teste W. Lazio, ex veteri praerogativa et consuetudine fuerant templi Salisburgensis aduocati; (118) nec dubito, iam inde a temporibus Carolomanni Regis, et Adalwini Aepi, quem idem Lazio Comitem Mosaburgensem refert. (119) Igitur aliquos saltem iuuauiensis Archiepiscopatus Aduocatos vendicare Boioariae licet, quos inter praeter Perhtoldum Ducem, Ducis Arnolfi fratrem. Reginbertum comitem in pago Chiemingoue Odalberti Aepi aduocatum, vbiuis cum comitibus boicis obuium, inter primos numero, (120) ditissimum quoque in Rotagonue ad Swinbach, Pigarto, et Rihkozesriet; (121) erat et Reginbertus inter Missos seu legatos Ducis Arnolfi cum Dietrico, Orendilo comite de Isanahgoue, et Rodperto. (122) Coniugem Reginberti advocati Perhchildam, et eins filium Ratoldum oblerauimus. (123) Testem. complacitationis Reginberti primum agit ipse Perhtolt Dux, tum Rueperht comes, Reginker comes, Diotmar comes, Sigipolt comes, Werriant, Turdagauuo, Starkant, Marhwart,

118) Lazio de Gent. Migr. Libro VII p. 394.

119) ibid. L. VI p. 236.

120) Cod. dipl. iuuau. p. 126.

121) ibid. p. 136. 135.

122) ibid. p. 145. 162. 164.

123) ibid. p. 136. 139.

wart, Sarhilo, Arnis, Aſcuin, Diotram, Hoholt, Papo, Kerhoh, Otacher, Zuentipolb, Auo, Eparhart, Amalpeht Actum ad Karantanam an. 927. (124) Principem comitatum suum Reginbertus comes habuit in Chiemingenae, (125) in quo etiam dues Babones comites ap. 1021 et 1062 vidimus.

In diplomate Arnolfi Ducis, quo Rhiniae nobilissimae Feminae locum Seuna (Seon) cellam Garoz, (Gars) Cidslarum, Antwurti (in Dominio Hohenaschau) capellam ad Epilingam (Aibling) et cappellam Prihsinam (prope Kufstein ubi antiquitus erat cella seu Monasterium) (*) aliasque villas proxime Voktareut, et Monasterium Rotam confirmavit, Reginbert comes Missus et primus testis est. Actum ad Rordorf (proxime Rosenheim) an. 927 Kal. Apr. (126)

Idem Reginbertus iterum iterumque aduocatum frisingensem egisse videtur sub Dracholfo et Wolframo Epi, et Filius eius Radoltus Archiaduocatus; (127) quemadmodum Otto comes de Schiren.

Reginbertus aduocatus Epi frisingensis Wolframii in commutatione Jacobi patris Aribonis de Dachau, Katolt vero Filius Reginberti fideiusfor Jacobi, (128) Jacobi coniux Engilrata. (129)

Pagorum autem comites supereminent Ratoldus, comes de Ebersberg, quem, teste Auentino, Arnulfus Dux Carinthiae praefecit; Salisburgi autem an.

(124) ibid. p. 136.

(125) ibid. p. 144. 147. 148.

(*) Codex Aranensis AEpi.

(126) Cod. dipl. Junau. ap. Kleinw. p. 145. 146.

(127) Meichelb. P. II p. 430. 432. 433. 434. 437. 441. 442.

444 ad an. 948; ad an. 955 Archiaduocatus p. 448.

(128) Meichelb. P. II 439.

(129) Cod. dipl. Junau. p. 137, et Meichelb. P. II p. 440.

919 cum coniuge Engelmuta turculo inflatus, et post Ratoldum Pertholdus Dux, Frater Arnolfi Ducis, quem etiam in Carinthia, et in pago ae Valle venusta codex Odalbertinus, et Praeceptum Hentici Regis an. 931 Indict. IV, XVII Kai. Mali producunt ad Maies, Chorzes, et Chaeines; (130) cui pago post Fratris Arnolfi obitum 937 Pertholdus Boioariae Dux factus Rudpertum et Meroltum praefecit, (131) quorum maiores Meroltum, Engildeonem, et Patonem seu Dietpoldum (nomen comitibus Voheburgenibus solenne,) diploma Conradi I Regis sub ann. 911 — 919 in pago Viopach videtur innuere. (132)

In Adamanti valle (Admont) ad Fluvium Ane- sum Albricus venerabilis comes, Arnolfi Ducis patruelis, et Filius eius Herolt nuncupatus, (haut dubie ille juuaniensis Aepus Heroltus) ambo noti ex concambio cum Odalberto Aepo an. 931 V Kal. Jul. ad S. Georgium facto, (133) et ex Advocatorum Serie Monasterii Altahae inferioris. (134) Absque dubio Albricus advocatus Filius erat Herigolti ibidem an. 905 aduocati, pater Herigoltus seu Herolt sub Luitpoldo Duce, fratre suo, Filius autem Herigolti Albricus, Arnolfi Ducis patruelis, sub Pertholdo Duce ad an. 937.

Salzburgoune in comitatu Engilberti ann. 925; (135) alibi in comitatu Gerhohi. (136) Siegharti an. 908 in eodem pago et comitatu comitis sub Piligrimo Aepo iam supra meminimus. (137) secessit

(130) Meichelb. P. I p. 163.

(131) ibidem p. 164.

(132) Lib. Prob. Hammeram. p. 105.

(133) Cod. dipl. Juuau. p. 132.

(134) M. B Vol. XI p. 20. 19.

(135) Cod. dipl. Juuau. p. 153. 144.

(136) ibidem p. 251.

(137) ibid. p. 120.

cessit autem Dux Arnulfus sub eodem Aepo Juua-
num, ibique se continuit ad an. 917. (138)

Post Odalberti Aepi obitum c. an. 935 cre-
nit etiam Luitpoldi Ducis nepotum potentia in Ju-
uuia et Carinthia per Heroldum Aepum, Regis
Ottonis I Archicapellanum an. 940. — (139) In-
primis attentos nos reddit in ingenti illa turba, et
rerum perturbatione inter Schirenses comites, Re-
gemque Ottonem, et fratrem eius Henricum I Bois-
ariae Ducem, ad an. 953 Henricus ille, Arnulfi Fi-
lius, cui praedium in Regno parentino in ministe-
rio Hartwici haereditario iure possefsum in Loco
Crapofeit(*) pro comanissu regali iuxta legem di-
dicatum ablatum, et Herolto Aepo impertitum est
cum curte et Castello; (140) emigrantium ex terra
boica comitum Schirensium et Voheburgensum, du-
rante discordia, diuersoria fuisse suspicere licet. Fa-
cient diplomata ad an. 976 opinionem meam vero-
similem; idem enim Hartwicus aut eiusdem Filius an.
978 manus comitis palatini, test monio menumen-
torum Monasterii Michaelburani, adeptus est, (141)
quo functum Arnolfum Arnolfi Ducis Filium.

Anales

(138) Auentin. in Annal. L. IV. C. 22, et Chron. Salisburg.,
et Bernard. Noricus.

(139) Cod. dipl. Iuuau. p. 178. ad an. 945, et Lib. Prob.
Enimeram. p. 108. ad an. 950, item Cod. Iuuau cit. L.
p. 179 ad an. 953.

(*) Eadem curtis et Castellum Krapfeld proxime Eberstein,
et fluum Gurkerat an. 999 in Comitatu Ottonis con-
tis, quem Herm. Scholliner primum Schireensem ex An-
nalibus Sablonensis eruit. V. Jos. Resch in iisdem
anal. T. II. p. 643. Num. IX.

(140) Cod. dipl. Iuuau p. 180.

(141) Diploma Imp. Ottonis II an. 978 XII Kal. Octob.
Actum in Campo Patauii, in Herm. Scholliner Disser-
tatione, sist. Weissenoensis Monasterii, aliorunque fun-
datores p. 12.

nales Alemannorum ad an. 954 referunt. Profecto Henricum comitem Voheburgensem auentiniensem eodem tempore in Boioaria desideramus, cuius comitatum in aliquo diplonate ad Nassafels et Neoburgum reperi. (†)

Fortasse et hae reliquiae monumenta inuestigantibus opportune in conspectum productae profund: „Vngari cum Bawaris, et Carantanis pugnantes vincuntur ad an. 944.“ Chron. Salzburg. et annal. Saxo.

CAPUT VIII.

Pertholdus, Arnulfi filius, in bello Heinrici II Bauariae Ducis cum Ottone II Imper. an. 976 – 977 factiōnis affecta, suis cum filiis iterum maiestatis reus in campo Patauii V Idus Fehr. an. 978 aqua et igne interdictus est. Pertholdi huius coniux, Chunigunaa, filii Pertholdus seu, minuto nomine, Babo I, et Afouinus, filia Matilda, coniux Paponis Rietenburghensis, urbis Ratisponensis Praefecti. Paponis I coniux Liutpirga, filii Pabo II seu Werinharius comes de Schirens Razenhoven, et Abensberg, pater XXX filiorum, et Otto I de Schirens, comes in Chelesgowe.

§. I.

Gliscente illa an. 976 magna indigenorum Principum discordia: Heinrici II, Ducis Bauariae, Regnum affectantis, consilio Berchtoldi, Principis Schirorum, et Praefecti palatii amitini sui, et Abrahami friisingensis Episcopi, haut dubie Abrahami comitis in comitatu Hartingano ad semptam in pago Sundergawe an. 940 Filii, (1) Marchionis Pertholdi de Amartale, eiusque filii Henrici postea de Suinevorde

(†) Ni fallor, in L. Prob. Emmer., quem modo ad manum non habeo.

1 Lib. Prob. Emmeram, in Dipl. Regis Ottonis II. an. 940. dato p. 106.

uorde dicti, (2) Henrici, Ducis Carinthiae, Ducis Pertholdi I, et Willetrndis, iam viduae, filii. Henrici Episcopi Augustani, filii Burghardi comitis de Geisenhusen, et Mosaburg, et baud dubie antea Praefecti urbis Ratisponensis, (3) atque an. 973 Marchionis superioris Austriae, cuius uxor erat Adelhaidis, ducissae Judithae Soror; et Sociorum Adalberonis, Aepi Magdeburgensis I, Heroldi Daniae Regis, Miseconis Poloniae, et Boleslai Bohemiae Ducum, Pertholdus, Arnolfi filius, vna cum filiis suis communi a victore Ottone II Imperatore inuolatus est ruina. (4)

Hisce

-
- 2) Arnold. Vohburg. in Vita S. Emmerami L. I. ad an. 976. ap. Basnage T. III. p. 115. Bellum ciuile erat inter Henricum Ducem, et Percholdum Marchi comitem, atque inter ceteros Optimates Principis, tum ciuitatem Ratisponensem absidentes. Confer Annal. Saxonem.
- 3) Heinricus Epus occupauit Nuwingburg, Henricus Dux Fazowam ciuitatem (diplomatica nominant Pataviam) ad an. 977. Auouenus ap. Welferum. Lambertus Arnoldus Emmeram in Vita S. Emmerami. Hund. Metrop. apud Episcopos Passav.
- (C) Aventinus L. V. Annal. Boic. p. 503. ad an 975: „Hainricus (II), Regulus Boiorum, Consilio Berchtoldi, Principis Schirorum, et Praefectus Pai ti Boarici, amittit sui, filii Arnulfi (II. qui Reginoburgensi praelio 954) perire, item Suasu Hainrici Augustensis Episcopi, nepotis Arnulfi (I) ex filia (Adelhaid) consobrini sui, res nouas molitur, Ottoni (II) Augusto, patreli suo, regnum affectat; in partes suas trahit Hainricum, Charinorum Praesidem, cognatum suum, regem denique se appellat, et ab Abraamo Epo frumenti Reginobrigi in templo D. Haimeram inungitur, nec quicquam Piligrimo, Laureacensi Archimystra, Luitp. ldo Aniliaco, et Vitalrico ab Ebersperg refragantibus. Hainricus nouus Rex cum Bolislao, Boiemorum, et Miszkone Polonum regulis - cum Heraldo Vimbrorum Rege, huiusc ciuitatis belii autore, foedus init. Otto concilium Procum conuocat; Popponem Episcopum, Gebhardum Magistrum equitum in Boieriam legat, qui postularent, ut i. annicus accepta fide publica, quam celerrime ad Caesarem

Hisce enim in turbis Bauatiae, et Carinthiae
Ducatus Ottoni, Alemanniae Duci, Ducis Luitolfi
filio; dignitas vero comitis palatini Hartwico co-
miti Seonensi, (4) et perplura Monasteria boica cum
praediis et castellis Pertholdi, Arnolfi filii, Episco-
pis

se conferret; quod si recusaret, videri eum contra rem-
publicam fecisse. Paret mandatis Boiorum Rex, cum
Abraamo Episcopo ad Augustum proficisciatur. Mox-
que Hainricus ad Ingelhaim, Abraamus Corobiam relega-
tur. — Hainricus et Abraamus interea custodia elapsi
ad Boios redierant, seque aduersus Augustum muniebant.
Ad hunc, ubi fines Boiaiae adtigit, Episcopi, Ponti-
fices, praefides, Dynastae, Tetrarchae, ciues, populus
Boiorum, quibus bellum intestinum cordi non erit, pro-
volant, eum Reginoburgium deducunt, ibi, habito con-
silio, Ramholdus, D. Haimerami Praeful, quod Hainrico
faueret, capit, Treuiros relegatur; Hainricus, patrie-
lis Augusti, proscriptitur, hostis reipubl. iudicatur; Hain-
ricus, Augustanus Epus, et Berchtoldus capti, in exi-
lium acti, Regnumque Boariae Ottoni Duci Sueorum,
itidem patruli Imperatoris, filio Luitolfi commendatur.
Rex Bonus exactus, fuga ad Charinos evasit. Augustus
Boiemiam, Polonus inuadit; Bolitziam, Mitzkonem ad
obsequium armis cogit. — Dum Augustus in Boemia
versatur, duo Hainrici Rex Boius, et Charini Limitis
Dux Batauiam occupant: ibique se muniunt; Otonianos,
et suis rebus non studentes, grauter adfigunt ferro,
flamma vastant. Idem Abraamus Epus factit, Fruxi-
nique resistere Imperatori parat. Otto in Boiam trans-
ficta facit, Reginoburgii copias cogit. Vdalricus, Se-
nonum praefectus, et Luitpoldus dux Limitis Orientalis
cum auxiliariis copiis se Cœsari coniungunt; Boemi
quoque Otroni Suppetias ferunt. Vdalricus cum parte
exercitus Fruxinum (Frisingam) obsidet, expugnat, Ab-
raamum capit. Caesar cum militibus Bataniam adgreditur,
ope Piligrimi (Epi Passauensis) nulis ponte facto,
vrbe vi potitur, moenia ne posthac forent receptaculo
hostibus e solo aequat. Heinricos ambos viuos in pote-
statem redigit, Treuerorumque Augustam cum Abraamo
Epo in exiliumque relegat.“

De paternis vero ditionibus eiusdem Pertholdi Auenti-
nus haec refert: „Arnulfus (II) Schiram oppidum in pago
Schirorum — condidit, unde posteri eius Dynastæ
Schirorum cognominati sunt, quibus et Abusinam, pa-

pis, in hac Principum Simultate in Fide Ottonis II Imp. permanentibus, congiaria, seu, vt aiunt hoc aeuo, ad Mensam cesserunt. Neque Marchio orientalis Boioariae Luitpoldus, ex babenbergium comitum sanguine, frater germanus Marchionis Nordgouiae Pertholdi, neque comites Ebersbergenses absque emolumento et praerogativa regi inferuerbant; ille an. 976 comitatum in pago danubiano, et comitatum in Sundargowe, in quo Monasterium tegernseense an. 979, et praedia iam ab Arnulfo olim Monasterio Immünsterensi, ablata et castro Schirensi contigua accepit. (5) Comites ebersbergenses tutelam Monasterii Benedictoburani, et Abbatiae Mosaburgensis, quas ambas comites Schirenses adhuc an. 940, sua in defensione habebant, (6) et comitatum danubianum superiorem, (7) extruso hoc tempore Pertholdo, occuparunt. Extant de huiusmodi bonis, regio fisco addictis, etiam in diplomatis austriacis notitiae, quae si perpenduntur, rerum mutationem, Schirensibus comitibus exitiale, palam faciunt. Monstrasse aliquas, haud difficile foret negotium; taedet autem, vetusta damna repetere.

Reginoldus Epus Eichstetensis in Fidem accepit
Fuellarum Monasterium Bergen, an. 976 regium in
fiscum diiudicatum vna cum praediis in pagis Sualafel-

da,

tiam meam, et Kelhaim, et pleraque Superioris Boiarize
Castella paruisse reperio. "L. IV. p. 49.

4) Diploma Ottonis II. Imp. Monasterio Michaelburano an.
978 datum in Campo Patauii ap. Herm. Schollner in
Differt de Monasterio Weissenöenst p. 12.

5) M. B. Vol. XI. p. 439. Pez in Thei Anecd. T. I. P.
III. p. 61. ad an. 983. diploma Ottonis II. Imp. M. B.
Vol. VI. p. 155. Dipl. Ottonis II. Imp. an. 979. 163.
et fragm. ap. Hieron. Pez. T. I. p. 741.

6) M. B. Vol. VII. p. 16. 17. Meichelb. T. I. P. I. p. 171.
et P. II. 429; item P. I. p. 221.

7) Codex Geisenfeld. Vnde Praepositura Sandesbach prope
Oppidum Lanquart et Pessenhüsen ad Laberam maiorem.

da, Noregowe, Solzgowe, et in officio Hertrichtespruck (Hersbruck ad Pegnizam amnem).

Fridericus Aepus Salisburg. donatus est Abbatia Altaha inferiore, in quo schirenses comites id temporis erant advocati. (8) Idem Aepus in vrbe Ratispona accepit an. 976 curtilem locum inter curtem Pertholdi comitis, consilio Ottonis Bauariorum Ducis. (9)

Piligrimus Epus Patauiensis cum quam plurimis abbatiis telonium in civitate Paflavia an. 976; castrum quoque Anesburg. (Ensburg) post victoriā Luitpoldi, ab Vngaris ad an. 906 reportatam, extructum; quamuis id pater Ducis Henrici II, facto cum Adalberto ibidem Episcopo concambio, pro Abbatia Matsee ad an. 955 iure belli, deuictis de nro Vngaris, sibi comparaverat, an. 977 III Non. Octobris a Rege confirmatum recepit. (10)

Wolfgangus Epus Ratisp., excomunicavit castrum schirensē, et omnes comitum Schirensum ditiones, (*) tum in eremo Abersee delitescens, et tempori feruiens, redux a victore Imperatore Ottone II an. 979 in Austria inferiore insignia praedia ad amnes Erlaffas, et ipsum aquisiuit, abbe Ramuoldo emmerensi interea apud Treuiros exulante. (11) Montem etiam weltenburgenis monasterii idem Wolfgangus Epus incastellauit. (**) Sine dubio Canonia etiam

S.

8) M. B. Vol. XI p. 25. 19. 20.

9) Kleinmaier Cod. dipl. Iuuav. p. 188.

10) Hund. Mett. Salisb. Edit I. p. 123.

(*) Conradus Schirenensis M. B. Vol. X. p. 395.

11) Lib. Prob. in Maufol. Emmeram. p. 116.

(**) M. B. Vol. XIII. p. 353. in litteris Hartwici Epi Ratisp. mous iste Arzberg dictus est, ferri fertilis et flavi marmoris, nec non concharum marinarum, in lapides mutatarum, et eiusmodi piscium et Cancrorum in

S. Petri Monasteriensis eodem tempore Episcopo Ratisponensi in mensam data est; constituebant enim ibidem ex gremio suo Praepositos.

Monasterium Meten proprietatem, quam Pertholdus, Arnolfi filius, adhuc in gratia manens Imperatoris ad Monasterium Metam in Wischilburg tradidit, Otto II regali potentia reddidit. (12)

Albuinus, Epus Sabionensis, per interuentum Ottonis Ducis (Bauariae) et Wolfgangi, Epi Ratisp., an. 979 curtem Villach cum Castello, et omne tributum, et seruitum, quod Henrico (Carinthiae Duci) ad eandem curtem ex beneficio militum suorum persoluebatur, dono accepit. (13)

§. II.

Pertholdus, Arnolfi filius, aiusque Badonis abenbergium comitum Satoris, et Patris triginta filiorum ob iteratam ab Imp. Ottonum I et II defectiorem ann. 955 et 976 una cum propagine sua Maiestatis reus a Wolfgango Epo excommunicatus una cum cauro Schiren et omnibus eius ditionibus, teste Conrado Schirensi, ad incitas redactus est, testimoniis Ottonis Epi frising. Conradi Schirensis, Biographi praeterea vitae conradi I Epi Salzburg. Genere denique eius partim ab Imper. Ottone III in Carinthiae, et Tiroleos partibus, partim ab Imp. Henrico III et IIII in Bauaria in integrum restituto.

Supereft, vt praecipuas de extrema schirensis Pertholdi, Arnolfi filii, filiorumque suorum calamitate, et ruina Domus schirensis notitias a nemine adhuc pedetentim obseruatas, ex codd. Sabionensis, Emmeramensis, et Bergensis in medium proferam, atque exinde Genealogiam continum

Danubii augustis, petris ex vtroque latere compressi; horribilis visu regio. (12) M. B Vol. XI. p. 439. (13) Diploma Ottonis II. Imp. I dat. Idus Oct. an. 979. actum Salveldon. Iof. Resch in Annal. Sabion. p. 635.

mitum Schirensum ab an. 976 vsque ad an 1076 contexam, Systemati meo, in gratiam celeberrimi Patris Babonis Abensbergensis comitis a me ador- nato, et Annalibus Boicis non importunam. Tentantis difficultates nemo non videt, qui istius Per tholdi, Arnulfi filii, filios atque nepotes illus trandi periculum faciet; tentaho tamen, nequaquam electus eruditionis ostentatione, neque aliorum sententiam vituperandi cupidine, sed tenero amore in Patriam, Principesque adolescentes, filios MAXIMILIANI JOSEPHI, ex sanguine Arnolfi, Ducis Bauariae ad nostra vsque Tempora diuina prouidentia conservatos; Spe fretus, fore, vt et isti Maiorum suorum, et Patris sapientissimi exemplo Litterarum Studia, Scientias et bonas artes, pae fertim Historiam, Vitae humanae speculum, inge niorum animorumque cultricem, tenere ament at que fideliter foueant.

Inprimis obserues velim: Pertholdum, Arnolfi filium, in Imp. Ottonis II diplomate, Monasterio Mettensi an. 976 dato, tanquam extorrem patria absque omni dignitatis titulo commemorari; eadem despectio obtigit eiusdem Pertholdi filio, quem eidem subpono, Ascuino, carentano princi pi, Maiestatis reo. Ecce tibi ex Litteris Imp. Otto nis II VI Idus Febr. an. 978 Albuino Epo Sabionensi in Campo Patauii; nempe post expugna tionem vrbis Passauienlis datis, rerum seriem;

A.

„Albinus, Sabionensis et Pixianensis Ecclesiae Epus — (Imperatorem Ottonem) implora uerat, ut Ecclesiae B. Ingenuini — curtem Ribniza, quae est in prouincia Karentana sita, quae Legum, judiciumque disinitione ab Ascuino infidelissimo ab

lata

lata est, imperiali, regalique officio in perpetuum ministraturam concederemus. cuius continuae fidelitatis denotionem attendentes, praedictam curtem, quae dicitur Ribniza, quae est in prouincia Karen-tana sita in regimine Hartwici Vuaultpotonis, et Tegnia Perahtoldi, quam quondam pater praedicti infidelis Ascuini, dum viueret, tenuit, et nunc mater sua — Chunigund possidet, tali videlicet lege, ut cum hominem exuerit, in praescriptum filium, nostrumque infidelem, ipsa haereditate per traditio-nem olim ei traditam deueniret; sed iam legum dif-initione imperialis Majeltatis reus, totiusque populi iudicio perpetualiter dampnatus, vita, lege, praediisque omnibus priuatus, ob salutem animae nostraræ S. Prixanensi Ecclesiae — tradidimus. — Data VI Idus Febr. an. 978 Indict. VI. actum in campo Pattauii. "(14)

Vt clarius legenti fiat haec notitia, aliam coaeuam ex codice diplomatico emmeramenſi addam, mirum in modum contentaneam huic rei quam tractamus, et ad cognitionem Perhtoldorum, ac Babonum, virorum tum in Bauaria principum. (15)

B.

Traditio Paponis et Mahthildae.

Papo quidam vrbis prefectus vna cum coniuge sua Mahthilda tradidit super altare S. — Emmerami praedium Gunduneshusa, quod fuit eidem Mahthildae de Largitione matris eius Chunigundae contraditum, ac testibus firmiter roboratum, hoc est: hobas IV possellas cum parscalchis vel tributariis, qui inde tributa persoluunt cu omnibus appendiciis earundem hobarum, nec non et iacens quer-

cetum

(14) Ioh. Resch in Annal. Sabion. Tom. I. p. 630.

(15) Cod. Trad. Emmeram. ap. Bernh. Pez Tom. I P. III p. 106.

cetum frugiferum nihilominus tradidit, vt supra memoratum est, S. — Emmeramo — pro remedio animarum videlicet Pabonis et Mahthildae, ac fratris eius Perhtoldi, vt si quando finis praesentis vitae euenerit, procul dubio tam Pabo, quam et ipsa Mahthilda iuxta ecclesiam praedicti S. Emmerami locum habeant sepulturae; si vero hunc eundem locum Gunduneshusae — Episcopus, aut aliqua potens persona de eorum communi vita in postmodum demere, et sibi in seruitium visu pare tentaverit; supradicta Mahthilda, siue filii eius potestatine hoc ipsum teneant, suaeque absque dubio seruituti conservent, et vntantur, et isti sunt testes: Ruotprecht, Richholf, Dagini, Walach., Garaheri, Wifrich.⁴⁴

Ne attentionem Lectoris distraham, ex ambabus istis Notitiis hanc genealogiam eruo, et observationibus meis praemitto.

Obseruabis primum, Chunigundam, matrem Ascui-
ni et Mathildae, tam in Carinthia quam in Bauaria, extor-
re licet marito Pertholdo, in gratia Ottonis II Imperato-
ris permanisse, nec dotem, nec paraphernalia Chunigun-
dae in utraque regione fuisse ablata. Quidquid pepercit
Rex, quantumvis exacerbatus Pertholdi factionibus, se-
xui fragili, et Mathildam filiam Chunigundae et Perthol-
di matrimonio iungicu[m] Papone, urbis Ratisp. Praefec-
to, permisit. Videntur mihi iisdem in turbis an. 955 —
976 Burggrauii, seu urbis Ratispon. Praefecti, primitus
fuisse introducti; reperio enim, Ottонem I Imp. an. 968
Burggrauios etiam Magdeburgenses, ad refrenandam in
regiis ciuitatibus Principum Licentiam recenter institu-
isse. Scripsi nuperrime de origine officio, iure et ditioni-
bus Burggrauiorum Ratispon. peculiarem dissertationu-
culam, mutato nostra aetate priori Imperii statu, posteris
fortasse usui futuram.

Alcui-

Ascuinum quod attinet, Auentinus, scrutator veterum chartarum incomparabilis, iungit in tabula genealogica comitum Rietenburgensium Ruperto, Burggrauio Ratisp. Paponis Praefecti Ratisp. filio fratrem Ascuinum, vernacule Aswein nuncupatum, perperam, an reuera, in hoc non labore; (15) increbuit sane nomen Ascuini, Familiae Schirensi Familiare, in boicis tabulis, praesertim in Familia comitum Bogenšum, qui in Monasterio Altahensi inferiore, vbi Pertholdus I Dux Bauariae cum filio Henrico, Carinthiae Duce, sepulti iacent, eodem tempore erant aduocati, (16) et in Carinthia postliminio easdem fere ditiones possederant, quas Luitpoldus, et Pertholdus frater Arnolfi Ducis, et Abraham Epus frisingensis gubernarunt. (17)

Haec quoque subsidia, obscuris hisce Notitiis endandis, proderunt: curtem Ribnizam (teste Josepho Reichio, nunc Reifniz) ad lacum wertensem haud procul a Metropoli Carinthiae Clagenfurto sitam esse; ibidem Abrahamus, Epus Frising. factionis huius cum Pertholdo Schirensi Socius, maximumque incitamentum, Collegio Canonicorum fundato, templum SS. Primo et Feliciano MM. dedicauit. (18)

In Carinthiam enim vero, in Carinthiam, teste Aventino

(*) Commutatio inter Aschwinum, et Richolfum Abbatem Emmeramensem ad an. 1006 Auentini fidem confirmare mihi videtur. Cit Cod. Enumeram, ap. Pez p. 110.

16) Auentini Tab. XXI. M. B. Vol. XI p. 20. Neue hist. Abh. der B. Akademie IV Band Tab. B. Ascuinus de Ering, in Rotgowe an. 1007, alias Comes in pago Zidlarzowe an. 1050, p. 116.

17) Castrum Gurkfeld ad Sauam fluvium in Marchia Windorum ad Ostia Gurcae; Luitpoldus pater Arnolfi Ducis ibidem ann. 895 et 898 erat Marchio; Adelberti Comitis de Bogen filii vendiderunt hoc Castrum Eberhardo AEpo Iuvavensi an. 1202. Nachrichten von Iuvav. p. 367. 369.

18) Meichelsb. Tom. I. p. I. p. 183.

Pertholdus II.

Arnolfi II., Comitis Palatini, et Castelli Schirensis conditoris, filius, ac frater Arnolfi I. comitis Vogaburgensis, Comes Pagorum Sualafeldae, Norekau, et Solzgau praesertim in Officio Hertrichesbrucke ad Pegnizam; aduocatus Monasteriorum Bergenfis, et Altaiae inferioris. An. 955 Majestatis reus, rediit quidem, ope Vdaltrici Epi augustani, teste Conrado Schirensi, cum Rege Ottone I. in gratiam; anno vero 976 una suis cum filiis, iam adultis, iterum rebellans Ottoni II. Imperatori, captus, testimonio Auentini, et in exilium actus, obiit ante an. 978.

Uxor ejus Chunigunda, in viduitate sua Domina praedii Gunduneshusae in pago Chelesgouue, proxime castra Chelesheim et Abach.

Sigehart I. seu Siego
comes, Cod. S. Petri Monast. N. XXII.

Sigehardus
comes aduocatus Frising. ante Ottonem II.
Schirensem an. 1040.

Otto
Epus Ratisp. 1060
amicus Henrici IV.
Regis Sacris interdictus ab Hildebrando
S. P. + 1089.

Babo.
Henricus II.
comes de Rietenburg an.
1099.
Vxor Richart.

Henricus
Vxor Bertha filia D. Liupoldi.
Otto
Monaster. Waldersbach 1143
condidit.
Vxor Sophia.

Otto
Landgrauius de Stephaning.
Vx. Adelhaid Soror Ottonis
Ducis.

Mathilda
haeres materni praedi Gunduneshusae, Soror
Perahtoldi.

Coniux Paponis, vrbis Ratisp. Praefecti,
et Comitis in pago Tunahgeuui an. 983.

Rupertus
comes, Vrbis Ratisp. Praefectus an. 1028; in eius Comitatu
Vringen proxime Voheburg.
Diploma Conradi II. Regis an.
1028. Monum. Bergens.
Coniux Willetruda.

Liutolhus.

Duae Sorores
altera coniux
Wolframi I.
com. de Abenberg 1071.

Altera coniux
Bertholdi comitis de Leches-
gemunde.

Conradus I.
Aepus Salisburg.
1106 + 1147.
et fratres eius
Wolframus II.
1104 et Otto,
qui fuit aduocatus Episcopatus
Babenberg. an.
1129. Andr.
Mair T. IV.

Henricus.

Perahtoldus
seu Babo I. auentinianus, etiam Wernherus
dictus, an. 978 Carinthiae comes in Tegnia
Perahtoldi, frater et aduocatus Mathildae si-
lius Chunigundae aduocatus S. Wolfgangi;
eundem in Calabria an. 982 oceubuisse puto.

Coniux Liutpirga c. an. 982; venerabilis
vidua audit in Cod. Sabionensi.

*Babo seu Werin-
harius*
comes de Schirens
et Abensberg, Ad-
uocatus Geisenfel-
densis 1037. Pa-
ter XXX. filiorum
c. an. 1040.

Babonidae XXX.

Otto I.
comes in Cheles-
gouue an. 1014
et 1040.

Coniux Tuta.

Wolfgoz.

Geroldus

fortasse ille comes
qui erant aduoca-
tus S. Chunigun-
dae Imperatricis
viduae an. 1025
ap. Meichelbeck.

Ekehardus
† 1030 Dominus
villae Pettenhouen
supra Ingolstadi-
um, in qua Babo
praedium pro ani-
mae eiusdem reme-
dio dedit mona-
sterio Weltenburg.

Otto II.
comes de Schirens Archiaduocatus
Frising. an. 1060. + c. 1070.

Vxor Haziga + 1104.

Arnoldus
comes de Schirens, Dominus Ca-
strorum Starcholzhouen et Riharts-
houen, Sator Comitum de Dachau.
Vxor Beatrix. Auent. L. VII.
p. 654.

*Ekehar-
dns*
comes de Schirens
n. 1072
interfuit
Fundat.
Monasterii Micha-
burani.
+ 1101.
aduocatus
frising.
Vxor Ri-
chardis
Saxonica;
filia Ma-
gni Ducis.

*Bernhar-
dus*
aduocatus
Frising.
Vxor
Agnes.

Otto III.
ante an.
1124.
Vxor
Agnes.

Arnoldus
+ 1110.
comes de
Dachau.
Vxor Wille-
birg.

Conradus I.
comes de
Dachau.
Vxor Wille-
birg.

Conradus II.
comes de Val-
lai et Grube
1102.
Vxor Adel-
heid.

Arnulfus II.

Otto IV. Senior
1098 + 1155
comes Palati-
nus 1125.
Vxor Helica
de Lengenfeld.

~~197~~ ~~198~~ ~~199~~ ~~200~~ ~~201~~ ~~202~~ ~~203~~ ~~204~~ ~~205~~ ~~206~~ ~~207~~ ~~208~~ ~~209~~ ~~210~~ ~~211~~ ~~212~~ ~~213~~ ~~214~~ ~~215~~ ~~216~~ ~~217~~ ~~218~~ ~~219~~ ~~220~~ ~~221~~ ~~222~~ ~~223~~ ~~224~~ ~~225~~ ~~226~~ ~~227~~ ~~228~~ ~~229~~ ~~230~~ ~~231~~ ~~232~~ ~~233~~ ~~234~~ ~~235~~ ~~236~~ ~~237~~ ~~238~~ ~~239~~ ~~240~~ ~~241~~ ~~242~~ ~~243~~ ~~244~~ ~~245~~ ~~246~~ ~~247~~ ~~248~~ ~~249~~ ~~250~~ ~~251~~ ~~252~~ ~~253~~ ~~254~~ ~~255~~ ~~256~~ ~~257~~ ~~258~~ ~~259~~ ~~260~~ ~~261~~ ~~262~~ ~~263~~ ~~264~~ ~~265~~ ~~266~~ ~~267~~ ~~268~~ ~~269~~ ~~270~~ ~~271~~ ~~272~~ ~~273~~ ~~274~~ ~~275~~ ~~276~~ ~~277~~ ~~278~~ ~~279~~ ~~280~~ ~~281~~ ~~282~~ ~~283~~ ~~284~~ ~~285~~ ~~286~~ ~~287~~ ~~288~~ ~~289~~ ~~290~~ ~~291~~ ~~292~~ ~~293~~ ~~294~~ ~~295~~ ~~296~~ ~~297~~ ~~298~~ ~~299~~ ~~300~~ ~~301~~ ~~302~~ ~~303~~ ~~304~~ ~~305~~ ~~306~~ ~~307~~ ~~308~~ ~~309~~ ~~310~~ ~~311~~ ~~312~~ ~~313~~ ~~314~~ ~~315~~ ~~316~~ ~~317~~ ~~318~~ ~~319~~ ~~320~~ ~~321~~ ~~322~~ ~~323~~ ~~324~~ ~~325~~ ~~326~~ ~~327~~ ~~328~~ ~~329~~ ~~330~~ ~~331~~ ~~332~~ ~~333~~ ~~334~~ ~~335~~ ~~336~~ ~~337~~ ~~338~~ ~~339~~ ~~340~~ ~~341~~ ~~342~~ ~~343~~ ~~344~~ ~~345~~ ~~346~~ ~~347~~ ~~348~~ ~~349~~ ~~350~~ ~~351~~ ~~352~~ ~~353~~ ~~354~~ ~~355~~ ~~356~~ ~~357~~ ~~358~~ ~~359~~ ~~360~~ ~~361~~ ~~362~~ ~~363~~ ~~364~~ ~~365~~ ~~366~~ ~~367~~ ~~368~~ ~~369~~ ~~370~~ ~~371~~ ~~372~~ ~~373~~ ~~374~~ ~~375~~ ~~376~~ ~~377~~ ~~378~~ ~~379~~ ~~380~~ ~~381~~ ~~382~~ ~~383~~ ~~384~~ ~~385~~ ~~386~~ ~~387~~ ~~388~~ ~~389~~ ~~390~~ ~~391~~ ~~392~~ ~~393~~ ~~394~~ ~~395~~ ~~396~~ ~~397~~ ~~398~~ ~~399~~ ~~400~~ ~~401~~ ~~402~~ ~~403~~ ~~404~~ ~~405~~ ~~406~~ ~~407~~ ~~408~~ ~~409~~ ~~410~~ ~~411~~ ~~412~~ ~~413~~ ~~414~~ ~~415~~ ~~416~~ ~~417~~ ~~418~~ ~~419~~ ~~420~~ ~~421~~ ~~422~~ ~~423~~ ~~424~~ ~~425~~ ~~426~~ ~~427~~ ~~428~~ ~~429~~ ~~430~~ ~~431~~ ~~432~~ ~~433~~ ~~434~~ ~~435~~ ~~436~~ ~~437~~ ~~438~~ ~~439~~ ~~440~~ ~~441~~ ~~442~~ ~~443~~ ~~444~~ ~~445~~ ~~446~~ ~~447~~ ~~448~~ ~~449~~ ~~450~~ ~~451~~ ~~452~~ ~~453~~ ~~454~~ ~~455~~ ~~456~~ ~~457~~ ~~458~~ ~~459~~ ~~460~~ ~~461~~ ~~462~~ ~~463~~ ~~464~~ ~~465~~ ~~466~~ ~~467~~ ~~468~~ ~~469~~ ~~470~~ ~~471~~ ~~472~~ ~~473~~ ~~474~~ ~~475~~ ~~476~~ ~~477~~ ~~478~~ ~~479~~ ~~480~~ ~~481~~ ~~482~~ ~~483~~ ~~484~~ ~~485~~ ~~486~~ ~~487~~ ~~488~~ ~~489~~ ~~490~~ ~~491~~ ~~492~~ ~~493~~ ~~494~~ ~~495~~ ~~496~~ ~~497~~ ~~498~~ ~~499~~ ~~500~~ ~~501~~ ~~502~~ ~~503~~ ~~504~~ ~~505~~ ~~506~~ ~~507~~ ~~508~~ ~~509~~ ~~510~~ ~~511~~ ~~512~~ ~~513~~ ~~514~~ ~~515~~ ~~516~~ ~~517~~ ~~518~~ ~~519~~ ~~520~~ ~~521~~ ~~522~~ ~~523~~ ~~524~~ ~~525~~ ~~526~~ ~~527~~ ~~528~~ ~~529~~ ~~530~~ ~~531~~ ~~532~~ ~~533~~ ~~534~~ ~~535~~ ~~536~~ ~~537~~ ~~538~~ ~~539~~ ~~540~~ ~~541~~ ~~542~~ ~~543~~ ~~544~~ ~~545~~ ~~546~~ ~~547~~ ~~548~~ ~~549~~ ~~550~~ ~~551~~ ~~552~~ ~~553~~ ~~554~~ ~~555~~ ~~556~~ ~~557~~ ~~558~~ ~~559~~ ~~560~~ ~~561~~ ~~562~~ ~~563~~ ~~564~~ ~~565~~ ~~566~~ ~~567~~ ~~568~~ ~~569~~ ~~570~~ ~~571~~ ~~572~~ ~~573~~ ~~574~~ ~~575~~ ~~576~~ ~~577~~ ~~578~~ ~~579~~ ~~580~~ ~~581~~ ~~582~~ ~~583~~ ~~584~~ ~~585~~ ~~586~~ ~~587~~ ~~588~~ ~~589~~ ~~590~~ ~~591~~ ~~592~~ ~~593~~ ~~594~~ ~~595~~ ~~596~~ ~~597~~ ~~598~~ ~~599~~ ~~600~~ ~~601~~ ~~602~~ ~~603~~ ~~604~~ ~~605~~ ~~606~~ ~~607~~ ~~608~~ ~~609~~ ~~610~~ ~~611~~ ~~612~~ ~~613~~ ~~614~~ ~~615~~ ~~616~~ ~~617~~ ~~618~~ ~~619~~ ~~620~~ ~~621~~ ~~622~~ ~~623~~ ~~624~~ ~~625~~ ~~626~~ ~~627~~ ~~628~~ ~~629~~ ~~630~~ ~~631~~ ~~632~~ ~~633~~ ~~634~~ ~~635~~ ~~636~~ ~~637~~ ~~638~~ ~~639~~ ~~640~~ ~~641~~ ~~642~~ ~~643~~ ~~644~~ ~~645~~ ~~646~~ ~~647~~ ~~648~~ ~~649~~ ~~650~~ ~~651~~ ~~652~~ ~~653~~ ~~654~~ ~~655~~ ~~656~~ ~~657~~ ~~658~~ ~~659~~ ~~660~~ ~~661~~ ~~662~~ ~~663~~ ~~664~~ ~~665~~ ~~666~~ ~~667~~ ~~668~~ ~~669~~ ~~670~~ ~~671~~ ~~672~~ ~~673~~ ~~674~~ ~~675~~ ~~676~~ ~~677~~ ~~678~~ ~~679~~ ~~680~~ ~~681~~ ~~682~~ ~~683~~ ~~684~~ ~~685~~ ~~686~~ ~~687~~ ~~688~~ ~~689~~ ~~690~~ ~~691~~ ~~692~~ ~~693~~ ~~694~~ ~~695~~ ~~696~~ ~~697~~ ~~698~~ ~~699~~ ~~700~~ ~~701~~ ~~702~~ ~~703~~ ~~704~~ ~~705~~ ~~706~~ ~~707~~ ~~708~~ ~~709~~ ~~710~~ ~~711~~ ~~712~~ ~~713~~ ~~714~~ ~~715~~ ~~716~~ ~~717~~ ~~718~~ ~~719~~ ~~720~~ ~~721~~ ~~722~~ ~~723~~ ~~724~~ ~~725~~ ~~726~~ ~~727~~ ~~728~~ ~~729~~ ~~730~~ ~~731~~ ~~732~~ ~~733~~ ~~734~~ ~~735~~ ~~736~~ ~~737~~ ~~738~~ ~~739~~ ~~740~~ ~~741~~ ~~742~~ ~~743~~ ~~744~~ ~~745~~ ~~746~~ ~~747~~ ~~748~~ ~~749~~ ~~750~~ ~~751~~ ~~752~~ ~~753~~ ~~754~~ ~~755~~ ~~756~~ ~~757~~ ~~758~~ ~~759~~ ~~760~~ ~~761~~ ~~762~~ ~~763~~ ~~764~~ ~~765~~ ~~766~~ ~~767~~ ~~768~~ ~~769~~ ~~770~~ ~~771~~ ~~772~~ ~~773~~ ~~774~~ ~~775~~ ~~776~~ ~~777~~ ~~778~~ ~~779~~ ~~780~~ ~~781~~ ~~782~~ ~~783~~ ~~784~~ ~~785~~ ~~786~~ ~~787~~ ~~788~~ ~~789~~ ~~790~~ ~~791~~ ~~792~~ ~~793~~ ~~794~~ ~~795~~ ~~796~~ ~~797~~ ~~798~~ ~~799~~ ~~800~~ ~~801~~ ~~802~~ ~~803~~ ~~804~~ ~~805~~ ~~806~~ ~~807~~ ~~808~~ ~~809~~ ~~810~~ ~~811~~ ~~812~~ ~~813~~ ~~814~~ ~~815~~ ~~816~~ ~~817~~ ~~818~~ ~~819~~ ~~820~~ ~~821~~ ~~822~~ ~~823~~ ~~824~~ ~~825~~ ~~826~~ ~~827~~ ~~828~~ ~~829~~ ~~830~~ ~~831~~ ~~832~~ ~~833~~ ~~834~~ ~~835~~ ~~836~~ ~~837~~ ~~838~~ ~~839~~ ~~840~~ ~~841~~ ~~842~~ ~~843~~ ~~844~~ ~~845~~ ~~846~~ ~~847~~ ~~848~~ ~~849~~ ~~850~~ ~~851~~ ~~852~~ ~~853~~ ~~854~~ ~~855~~ ~~856~~ ~~857~~ ~~858~~ ~~859~~ ~~860~~ ~~861~~ ~~862~~ ~~863~~ ~~864~~ ~~865~~ ~~866~~ ~~867~~ ~~868~~ ~~869~~ ~~870~~ ~~871~~ ~~872~~ ~~873~~ ~~874~~ ~~875~~ ~~876~~ ~~877~~ ~~878~~ ~~879~~ ~~880~~ ~~881~~ ~~882~~ ~~883~~ ~~884~~ ~~885~~ ~~886~~ ~~887~~ ~~888~~ ~~889~~ ~~890~~ ~~891~~ ~~892~~ ~~893~~ ~~894~~ ~~895~~ ~~896~~ ~~897~~ ~~898~~ ~~899~~ ~~900~~ ~~901~~ ~~902~~ ~~903~~ ~~904~~ ~~905~~ ~~906~~ ~~907~~ ~~908~~ ~~909~~ ~~910~~ ~~911~~ ~~912~~ ~~913~~ ~~914~~ ~~915~~ ~~916~~ ~~917~~ ~~918~~ ~~919~~ ~~920~~ ~~921~~ ~~922~~ ~~923~~ ~~924~~ ~~925~~ ~~926~~ ~~927~~ ~~928~~ ~~929~~ ~~930~~ ~~931~~ ~~932~~ ~~933~~ ~~934~~ ~~935~~ ~~936~~ ~~937~~ ~~938~~ ~~939~~ ~~940~~ ~~941~~ ~~942~~ ~~943~~ ~~944~~ ~~945~~ ~~946~~ ~~947~~ ~~948~~ ~~949~~ ~~950~~ ~~951~~ ~~952~~ ~~953~~ ~~954~~ ~~955~~ ~~956~~ ~~957~~ ~~958~~ ~~959~~ ~~960~~ ~~961~~ ~~962~~ ~~963~~ ~~964~~ ~~965~~ ~~966~~ ~~967~~ ~~968~~ ~~969~~ ~~970~~ ~~971~~ ~~972~~ ~~973~~ ~~974~~ ~~975~~ ~~976~~ ~~977~~ ~~978~~ ~~979~~ ~~980~~ ~~981~~ ~~982~~ ~~983~~ ~~984~~ ~~985~~ ~~986~~ ~~987~~ ~~988~~ ~~989~~ ~~990~~ ~~991~~ ~~992~~ ~~993~~ ~~994~~ ~~995~~ ~~996~~ ~~997~~ ~~998~~ ~~999~~ ~~1000~~

Aventino, victore Ottone Imp. qua data porta, fuga
boicorum Principum cum Henrico Regulo, expugnata
vrbe Bataua, tum facta est; in Carinthia refugium an.
977 quaeſitum; reperi enim pluribus in diplomatis,
Abrshamo Epo ab impp Ottonibus datis, in Carinthia,
Carniola, et Tiroli in comitatibus Pustrifla (Pustertale)
Lurno(Lurnfeld)Catubria,in vennsta valle(Vintschgau)
atque ad Monasterium Inticam, in comitatu Noritale,
et valle oenana Principes boicos Pertholdos, Papones,
Werinharios, Ottones, Rapotones ad an. 972, 974,
990 etc.; (19) reperi Monasterium Arnoltstein
ad Gailam Fluuium; comites Mosaburgenses ad Me-
tropolim Clagenfurtum; comites Ortenburgenses ad
Traum Lurenfeldam inter, et Villaham; Patriarchas
Aquileienses, et episcopos Polenses, boico cretos
sanguine. Paucis, Bavariam ab Imperatoribus oppreſ-
ſam et exulem hoc aeuo in Carinthia, Carniola, et
Istria (*) videmus, praeſertim in Tiroli; Pertholdi
III, seu Babonis I viuam Liutpircam, filiosque eius
Werinharium ſeu Babonem II et Ottonem I, qui inde
pacatis rebus, novas generis colonias in agrum Schi-
rensem deſolatum, et auitas Bauariae fedes mansuetu-
dine Impp. Ottonis III, Henrici II, praecipue vero Cle-
mentia et Beneficio Henricorum III et IV in Bauarium
deduxerunt.

Hartwicus ille Waltpoto, in cuius comitatu curtis
Ribniza, Aſcuino ablata, fita erat, haud alius eſt, ac ille
Hartwicus palatinus comes Seonensis, qui Pertholdo,
(teſte Aventino, comiti Palatino ſchirensi) hoc in offi-
cio ad an. 976 ſuccedit; Walpotonis enim dignitas,
Germanis Gewaltbot, ſeu Miffus Regis, comitis palatini
officium exprimit. Hoc nomine frequenter in monu-
mentis Juuauiensibus et Weiffenoēnibus occurrit.

Tegniām

(19) Meichelb. Tom. I Part. I p. 177. 179. 180. 185. 187. Et Cod.
Sabionensis paſſim. (*) E G. Comites Murzthalenses ſeu
Hochenburgenses in Nortogouia.

Tegniam Perahtoldi, curtem, iam in der Teichen dictam, regionem illam ad lacum Offiacensem esse, conilio; abstulerunt enim meas meas mihi Galli mappas geographicas Hommannianas post pugnam Kal. Sept. 1796 factam mea in parochia Rorenfi ad Gambach, et montem S. Castuli.

Praedium Gunduneshusen a matre Chunigunda Mathildae Filiae, Sorori Perahtoldi, et Paponis comitis, urbis Ratisp. Praefecti, coniugi in dotem datum, nunc vicus est e regione oppidi Abachii trans Danubium in praetura Keleheimensi prope Lohstat et Sinzingen, vnde aduocati weltenburgenses seculo XI; Villa Gundenhusen in Monumentis Eimeram seculo XII saepius occurrit cum Loci Ministerialibus. E regione Monasterii weltenburgensis in ripa Danubii sinistra situm est praedium Bozinvanch in pago Chelesgouue, et an. 1040 in comitatu Ottonis comitis (Schirensis) (20) qua de donatione, et loci situ litteratissimus vir, Benedictus Abbas weltenburgensis, certiorem me fecit. Gunduneshusen itaque eodem in pago Chelesgouue includitur, Westermanno pago vicino. Haec propter Luitpoldum, Arnolfi ducis patrem, eiusdem pagi Dominum, eiusque propaginem Pertholdum, Chuigundae maritum, curatius dicta funto. Bozinvanch ab Ozinbach prope Monasterium Biburg differt; hoc enim riuum, illud Syluam vernacule significat.

Inter

(20) Dipl. Regis Henrici III Monasterio Weltenburgensi datum Idus Jan. an. 1040 Aetum Augustae. M. B. Vol. XIII p. 332. In eodem pago Kelesgowe in Comitatu Ottonis Comitis erat an. 1014 Iringelingen. Cod. dipl. Babenberg. ap. Heuberger P. I p. 105. Et An. 1002 Maganus Comes Diploma in Andr. Maier Thes. Iur. Eccles. Tom. IV p. 71. 62.

Inter Testes Notitiae B notari post Rupertum, postea Praefectum Vrbis Ratisp. in cuius comitatu Vringen proxime Voheburg 1028 merentur Richolfs sub an. 1006 Abbas emeramentis, Dagini seu Tagino Praepositus veteris capellae, denique Aepus Magdeburgensis an. 1002, Walachun comes de Kelleheim et Ezzinga frater Gozberti Abbatis Tegernseensis, qui ad Arnulfum II comitem Voheburgensem, defuncta eius coniuge Adelhaide de Amartale, Pertholdi Marchionis orientalis Franciae Filia, binas Litteras scripsit, quae extant in Bernh. Pez Tom. VI Num. 27 Epist. 2 et 3. omnes fortasse filii Paponis, vrbis Ratisp. Praefecti, et Matildae. Inde coniicio, eundem Paponem fuisse Monasterii tegernseensis, an. 979 restaurati per Imp. Ottonem II, (21) aduocatum.

Intelliget denique attentus Lector hac *ex rerum* vicissitudine, Perthollo, Arnulfi filio, de culmine splendoris depulso, et ad incites redacto, quid sibi velint verba Biographi Conradi I Aepi, qui discriminat genus Babonis, vrbis Ratisp. Praefecti a genere Babonis Abensbergensis, ac triginta filiorum patris, hunc in modum; Praefectus quoque Ratisp. Otto senior auunculi eius (Conradi scilicet Aepi) filius fuit; praeter hanc nobilissimam Genealogiam aliam humiliorem quidem, veruntamen claram, et splendidam cognationis seriem habuit, quae numerositate sua non solum Bauarium, verum etiam orientalem et Rheni - Franciam occupauit. Auuin habuit (Conradus I Aepus Salisburg.)

21) Anonym. Tegernseensis ap. Oefel. Tom. II p. 68; confer Imper. Ottonis II Litteras restaurati an. 979 Monasterii Tegernseensis in Mon. Boicis Vol. VI p. 154.

burg.) Babonem nomine, de eius Lumbis exierunt triginta filii, et octo filiae — ²²⁾ Cap. I.

Multis indiciis adducor, ut credam, ad eandem Dominam Mathildam, Pertholdi et Schierenfis et Chunigundae filiam pertinere etiam memorabile concubium Mahthildae carinthiacae cum Friderico Aepo Salisburg., ex comitibus de Chiemingoune nato, sub an. 970 ictum:

C.

„Notum sit omnibus — — qualiter quaedam nobilis femina, nomine Mahthilt, quoddam concubium cum Fridarico Archiepiscopo fecit. Tradidit namque Fridarius Aepus cum manu advocati sui Hartuuici cum contentu fidelium suorum clericorum et Laicorum talem proprietatem, qualem habuit sancta Dei ecclesia in campo Gurnuz, et in vico curnoz sitam, et Turdine, in manum praefatae dominae, et eius aduocati Perthodi sibi perpetuo tenendum. Econtra tradidit praedicta dominana Mahthilda cum manu aduocati sui Pertholdi in manus Fridarici Aepi, et eius aduocati Hartuuici tale praedium, quale habuit in Loco Zemufesdorf, et Hornaresdorf, et si in his duobus Locis non posset remensurari, in alio loco, ubi plus contiguum esset, suppleret. Huius rei testes sunt: Engilpreht comes, Marchuart comes, Vuillihalm comes, Fridarich comes, Aripo, Wulfolt, Erchanger, Aripo, Lanzo, Fruotkis, Nendine, Ratpoto. Actum ad ecclesiam sanctae Mariae. (22)

Magni nequicquam moliminis, coaeua in re diplomatica, veterique in Geographia carentana minus

22) Codex dipl. Tuuauiensis p. 198.

minus versatis videbitur commutationis istius explicatio: Operae vero pretium erit, si exulantis in Marcha carentana Pertholdi ditiones vt cunque faitem exploremus; ansam enim simul dabimus, eruendi origines comitum de Mosaburg et Orenburg hac in regione carentana potentissimum.

Perlustrabum omnes et singulas Imperatorum Panchartas, vt uocant, Archiepiscopati Salisburgeni regia autoritate confirmatas, vt notitiam Campi Curnuz &c, inde eruerem. Hunc nobis an. 890 exhibet diploma Regis Arnolfi, Carolomanni filii, vna reliquis cum curtibus hunc in modum: (23)

„Ad carantanam Ecclesiam Sanctae Mariae (24)
 „cum decima, sicut ecclesiasticus praecepit ordo
 „de curtibus nostris, id est, de carantana ciuitate,
 „(25) aliisque curtibus ad eandem civitatem
 „pertinentibus, id est: Trahof, Grauindorf, Curnuz,
 „ibique ad Curnuz operarios seruos II in
 „monte cum habib illorum Ligna secanda in ipso
 „monte

(23) Ibidem p. 112 114 Num. LIV.

(24) Mariae Sala im Zofeld, a Romanis Flauium Soluense
 seu Solium dicta supra Clagenfurtum. Nachrichten von
 Juvav. p. 356, 359.

(25) Carantana ciuitas aut idem est Solium S. Mariae, aut
 Mosaburga, Regia Carolomanni prope Lacum Werden-
 tem, Metropolim Clagenfurt, et iuxta Monasterium
 Oliacense, Castellum hoc Mosaburgan an. 861 condi-
 dit Carolomanus, Ludouici II Regis Boioariae et orientalis
 Franciae filius, tum Arnolfi Rex, denique Per-
 tholdus Dux Carinthiae frater Arnolfi I Boioariae Ducis
 in eodem Castello Mosaburg, teste Romano Zirngibl
 sedem fixerunt. Neue B. Abb. II Band p. III Cod.
 juvavienensis diplom. p. 126 an. 927; Bertholdus dux ad-
 vocatus ad S. Mariam ad Carantanam, ad S. Petrum
 in ciuitate Carantana — — et p. 136: Perhtolt Dux an
 927 actum ad Karantanam.

„ monte sine contradictione Ministeriorum nostrorum
 „ cum saginacione Trebina (Treffen) Astarwiza
 „ (Osterwiz) Chrapucfeld (Grapfeld) Vitrino (Vi-
 „ tring nunc Monasterium ad Lacum werdensem)
 „ Friesach, Curca (Gurk) Graziuppa (Graslop) Lun-
 „ gowi, Sublich, Tiusinpach, Chatifla (Katsch su-
 „ pra Gemünde) Pelissa, Chubenza, Vndrima, (26)
 „ Linta, Lieznizha, Prucca, Muonza, Liubina, ad
 „ Strazzinalam duo Loca.“ —

In Diplomate Imp. Ottonis II eiusdem argumen-
 ti, an. 978 kal. Octobris in Cinitate Patauii dato,
 curtes Curnuz ad Curnuz, (27) Trahof, et Gra-
 uindorf omnino desiderantur; (28) enumerantur
 autem rufus in eiusdem Imp. Ottonis II Di-
 plomaticis an. 979 Nonis oct. Mogonciae, et an.
 982 Tarenti datis. (29) Exinde colligo, pro-
 scripto Pertholdo, Mathildae patre, curtem quo-
 que Curnuzum, quemadmodum curtes Ribnizam
 et Tegneiam Pertholdi, atque Dominia Monasterii
 Puellarum Bergensis a Luitpoldo, eiusque filiis Arn-
 ulfo I ac Pertholdo Boioariae Ducibus in pagis
 Sualafeda, Norekau, et Solzgau, praesertim in
 Officio Hertrichesbrucke (Hersbruck) antea pos-
 sessa, et an 976 in fiscum regium acceptata, (*)
 (sine dubio enim Pertholdus, Arnolfi II filius eius-
 dem Monasterii erat aduocatus) in campo Patauii
 regium in fiscum peruenisse,

Perthol-

(26) Vndrima in Campo Lurm (Qurnfeld bei Spittal, vbi ro-
 mana olim Ciuitas Teurnia, Tiburnia, et Liburnia pre-
 miscue dicta. Cod. dipl. Juuau. p. II in Nota.

(27) Infra Clagensfurtum.

(28) Cod. dipl. Juuav. p. 202.

(29) Ibid. p. 206. 207.

(*) Diplom. in Monast. Bergensis cod.

Pertholdus, aduocatus Mathildae frater fuisse mihi videtur, seu Babo ille primus Auentinianus, pater Babonis II, comitis Abensbergenfis.

Perlustremus iam situm campi Curnuz seu Gurnoz Mathildae, pertinentem ad carantanam ciuitatem, seu Regiam Carolomanni Mosaburgam, in tabula geographica Homanniana, eoque in Angulo, vbi Glana fluum Gurkam intrat, amboque hi amnes flumine sese Trauo miscent, non adeo procul a Ribniza (nunc Reinfiz) vbi ascuinum, filium Chunigundis, potentem vidimus, et a Metropoli Clagenfurto reperiemus. Nec praetermittenda mihi in hoc Locorum Catalogo sunt Celsach Friesach et Gurka; vtriusque Domina loci erat Hemma, testibus Auentino et Hundio, vna filiarum Babonis, Abensbergenfis comitis, cuius auspiciis Parthenion Gurk fundatum; Monasterium autem Admontense an. 1074 dotatum est praedio Elsendorf ad Abunsam, proxime castrum Razenhouen. (30)

Neque superflua iis, qui in Pertholdi II, Arnolfi II filiis, nepotes, Babonem II, Patrem XXX filiorum, et Ottонem I schirensem inquirunt, inuestigatio videbitur, quis fuerit Otto ille comes Palatinus in comitatu Ticiensi, durante Regis Henrici II belli expeditione in Hartuicum, Longobardorum Tyrannum in Mediolano, de quo Muratorius in Italiae Antiquitatibus ad annos 1002 — 1018 mentionem facit. Obiit eodem tempore Aribō
comes

(30) Hund. Metr. Salisb. Edit. I p. 8 Litterae fundat. Monasterii Admont. de an. 1074 Cod. Juvav. dipl. p. 260. Testes sunt magni momenti, dicitur enim, Hemma fuisse Coniux Wilhelmi Comitis de Pilstein; inter testes Dietmarus de Dornberg p. 262 ibidem.

comes Palatinus, fundator Monasterii Seonensis, et pater Hartuici comitis postea Palatini in Litteris Imperaticis Chunigundae an. 1025 datis; quis denique ille comes Palatinus Ernestus, tam Henrici Marchionis orientalis Franciae, patris Ottonis de Suinorde, quam Hermanni Alemanniae Ducis aduersus Henricum II Germaniae Regem socios consumtis enim subito incendio XI. cal. Apr. 1803 vna cum domo Parochiali omnibus auxiliaribus meis Libris, Rapsodiis, Notitiis, obseruationibusque meis, per integros triginta annos ad veteres Annales boicos Patriae meae subplendos congestis, rastros iam meos grandaevis ego Heautontimorumenos litterarius depono, benevolentia Sapientum, et Bonorum, quibus opera mea non displicuit, atque dicto fretus horatiano:

Est, quodam prodire tenus, si non datur ultra.

APPENDIX.

Codex diplomaticus Parthenionis Bergensis in Nordgouue proxime Neoburgum supra Ingoldestadium trans Danubium, a Willetrude, Berchtoldi I Bauuariae Ducis vidua, an. 976 fundati, Annalibus Boicis ex genuinis Schedis hactenus desideratus, nuper autem a litterato viro, D. Ignatio Streller, Neoburgenfi Canonico et Parocho Parenfi prope Ingoldestadium inter membraneas Tabulas Seminarii Neoburgenfis, ab extincta Societate Jesu posteritati relictas, repertus, descriptus, et mecum amico ad usus meos animo communicatus, continens.

1. Diploma Ottonis II Imp. datum Frosae an. 976 III cal. Octobris; Restitutionem nempe praediorum ac censuum Monasterii Bergensis iisdem in pagis, quibus illustris comitum Schirensum Satror,

tor comes Luitpoldus an. 903, eiusque filii Arnulfus I, et Bertholdus, Boioariae Duces praefuerant. (*)

II. Descriptionem praediorum ac censuum Praepositurae Monasterii Bergensis in officio Hertrichesprucke (Hersbruck) ad Peguizam flumin, nunc in ditione urbis imperialis Norimbergensis.

III. Diploma Henrici II Regis, dat. Ratesbone XVII Kal. Maj, an. 1007, quo sui iuris praedium Tolleinsteini, qualiter Ernestus comes possedit et praedium in pago Suanfelden (lege Sualafelda) in comitatu Wernheri comitis eidem Monasterio Bergensi donauit.

IV. Diploma Chunradi II Imp, dat. Kal. Aug. an. 1028, actum Altsteti, quo praedium Vrlingun (Parochia Irching proxime Voheburg) in comitatu Ruperti Monasterio Bergensi tradidit.

Easdem IV Litteras genuinas, a se visas sigillata suo confirmavit Bertholdus, Episcopus Eichstetensis, ex Familia Burggrauorum Norimbergensium prognatus, III Idus mensis Aprilis anno Domini MCCCLVII.

Sequuntur deinde aliis ex diplomatis Notitiae, idem Monasterium illustrantes :

A. Excerpta ex Bulla Joannis XV S. P., qua an. 988 Monasterium Bergen intercessione Adelhaidis Imperatricis denuo confirmatum, et concessum est, ut post fundatrixis Willetrudis obitum alia Abbatissa eligatur.

B.

(*) Auentinus etiam Ernestum Marchionem inter amicos Ludouici II, Boioariae Regis, principem Locum obtinentem; ad an. 848 Ducem Limitis Naricorum nunquam pat. Annal. Boic. L. IV p. 408, Edit. Ingolstadt.

- B. Diploma Henrici II Regis, dat. Kal. Nouembris
an. 1007, quo Rex Francofurti donauit Eccle-
siae Babenbergensi, a se recenter fundatae, et
amplius condecorandae sex Abbatias celeberrimas,
atque has inter primam suae proprietatis Abba-
tiam Baringin dictam, in pago Nortgouue. Hoc
diploma excerptum est ex Wilhelmi Joannis Hey-
berger Episcopi Babenbergensis Archivarii Ichno-
graph. Chron. Babenberg. P. I. p. 41. §. 87,
Babenb. 1774.
- C. Memoria Loci Harrichespruck extat etiam in
quodam diplomate Regis Henrici IV sub an.
1060.
- D. Fridericus I. Imp. ex Monasterio admontensi Do-
minam perquam prudentem, litteratamque Abba-
tissam in Monasterio Bergen sub an. 1156 in-
stituit; erat paulo ante in Coenobio admontensi
celebris Ulricus de Elisendorf.
- E. Primi Monasterii Bergensis advocati comites
Schirenses fuisse mihi videntur, hac in vicinia
potentes. Observaueris infra in diplomate Regis
Henrici II an. 1007 comitatum Wernieri comi-
tis in pago Sualauelda, quem Ernesti II Marchi-
onis Nordgauensis, et Luitpoldi nostri patris po-
steris ex alio filio, nobis ignoto, qui propa-
gavit comites Hirschbergenses, de Tollenstein,
de Cregelingen, de Lechesgemunde, ac de Burg-
ecke, ad numero; verum heic locus non est ad
Sententiae meae confirmationem.
- F. Acta quaedam huius Monasterii Tempore Re-
formationis Sec. XVI.
- G. Litterae Fundationis Seminarii S. Crucis Neo-
burgi, ex redditibus Monasterii Bergensis erecti,
et

et a Duce Philippo Wilhelmo comite Palatino die 27 Sept. 1664 Patribus Societatis Jesu traditi, quorum in Scriniis eadem Monumenta, quae Academiae Boicae contra ill. Buati Sententiam, autoritatem Auentini infirmantem, (*) primi proferimus, hactenus delituerunt.

Num. I.

Bertholdus Dei et apostolice Sedis gratia Episcopus Ecclesie Eichstetensis. Vniuersis et singulis presentem paginam inspecturis. Salutem in Domino sempiternam. Vniuersitati vestre volumus esse notum, quod religiosa Domina Adelheidis Abbatisa, totusque conuentus Monasterii in Bergen. Ordinis S. Benedicti. nostre Dioecesis nobis quasdam Litteras, non cancellatas, non abolitas, non rasas, nec in aliqua sui parte suspectas, sub certis et Sigillis veris, prout ex earum tenore plenius apparet, ostenderunt: petentes, ac nobis humiliter supplicantes: vt earundem literarum tenorem transscribi cum debita diligentia de verbo ad verbum et copiari faceremus, ac eidem transcriptioni et copie nostram iuberemus Sigillum apponi. Quorum quidem Literarum tenorem vidimus et inspeximus diligenter, qui sequitur in hec verba:

„In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Otto diuina favente clementia Imperator Augustus. Cum officium a Deo nobis sit iniunctum, vt ipsius dignitas continua ammonitione nos ad ea appellat, que diuinis et humanis votis respondeant. Omnibus Fidelibus nostris presentibus et futuris certum esse

(*) Buati origg. B. D. Gom. II. p. 335. 336.

esse cupimus, qualiter dilecta coniux nostra Teuphana Imperatrix Augusta nostre Serenitatis aures rogado adiit, que cuidam nobili matrone Wiletrud nominate tale praedium, quale maritus eius Berchtoldus Dux iam dudum in proprietatem illi tradidit, et prius ea ex primatibus regni nostri in Fiscum nostrum diiudicatum est, et per praeceptum nostrum iterum sibi redderemus, et concederemus. Nos vero, prout dignum erat, piis illarum petitionibus contentientes, predicte matrone idem praedium in pagis Sualafelden, (*) Norekau, Solzgau nominatis concessimus, firmiterque tradidimus cum rebus ecclesiasticis utriusque Sexus mancipiis, edificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, vineis, piscationibus, aquis, aquarumue decursibus, molentinis. mobilibus et immobilibus, venationibus, iudiciis, viis inuiis, cum ipsa multa, exitibus et redditibus, quefitis et acquirendis, et cum omnibus iure, legaliterque tempore Arnoldi Ducis ad ea pertinentibus, ea ratione, ut libero deinceps ipsa perfruatur arbitrio, hec tenendi, dandi, vendendi, commutandi, posteris relinquendi, seu quidquid sibi libuerit faciendi. Et ut hec nostre traditionis firmissime preceptum firmius, stabiliusque cunctis perpetim credatur, hanc cartam inscribi, manuque propria subtus roboratum, Sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Sigillum

(*) Liege Sualafeld, pagus erat pago Chelesgouue contiguus in pago autem Sualanelda sitae erat Cellae Heidenheim et Solenhauen, Castra Pappenheim, Monheim, Weindingen, Kaisersheim, ac reliquae villae eiusdem regionis, meam exinde coniecturam repeto: Pappenheimenses distinctiones hoc aeno vna cum pago Sualafeldia in Majorum Comitum Schireniuum fuisse potestate. Confer, quae de Helmowino in pago Sualafeldia Cap. VII. §. 1. in Nota num. 8. ex Meichelbeckio retuli.

Sigillum Domini Imperatoris Ottonis.

Egbertus Cancellarius ad vicem Wiligisi Archicancellarii, data III, cal Octobris anno dominice incarnationis DCCCCLXXVI Jndictione IIII, Anno vero Domini Ottonis Secundi quinto decimo, imperii nono, actum Froſa (†) "

Num. II.

,, Hec est descriptio reddituum bonorum monasterii in Pergen in officio Hertrichspruck. (a)

Primo Sickerbach apud Hertrichspruk vna curia, tria Feuda de curia dantur annuatim VIII modii Siliginis, duo modii tritici IX modii auene, II porci Saginati II victimales, halmeschwein dicuntur. LX Cafei. II pulli carnis priuiales. IIII autumnales. Primum feudum dat qualibet vice tam Walpurgis quam Michaelis VII solid. denar. minus X den. XX Den. Weyſat. vnum pullum carnispriuiale. et vnum autumnalem. Secundum qualibet vice V Solid. Den. minus X den. quindecim denar. Weyſat: duos pullos. Tertium qualibet vice dimidiā Libram. XII den. Weſat II pullos.

Curie in Fronhof foluant annuatim XXIII modios Siliginis, XII modios tritici. XXIII modios auene. III porcos saginatos. III victimales. LXXXIX cafeos. XXIII den. Weſat. VI pullos carnispriuiales. XII autumnales.

Rambshof

(†) Froſa olim villa regia et Episcopatus fedes in Ducatu Magdeburgensi ad Albin.

a) Alii Hartrichesbruck, nostro vero aeuo Hersbruck, ciuitas ad flumen Pegnizam in Noregoune sub ditione virbis Imp. norimbergensis, cui a comitibus Palatinis, durante bello Palatino — Bauarico an. 1504. pignori data est.

Rambshof IIII mansus, quilibet qualibet vice. VI Solid. den. XVI den. Weisat. XX caseos. vnum pullum carnisprivialem. II autumnales, de pomerio V Solid. den. et X den. in epiphanie Domini. de areis XXVI den. madpfening XXIII. VI viltra. Singula VI den. valenn. Kornfur Michaelis XVI den. Walpurgis tantum. Quilibet mansus vnum pullum carnisprivialem. II autumnales. Nota pro vno muttfur dantur VIII den. Pedium circiter IIII mansus.

Rambshof Libere pertinet ad Monasterium cum agris, pratis, lignis, et omnibus pertinentiis.

Hugelspach cum pratis, filuis et omnibus pertinentiis et absque herede pertinet ad Monasterium

Chunhofen duo feoda quodlibet qualibet vice dimidiā libram XXIII den. Weisent. IIII pullos ambo. Tertium dat secundum gratiam.

Herstorf duo bona, quodlibet qualibet vice dimidiā libram: XL caseos den. Weiset. IIII muttfur. II pullos. Tertium qualibet vice LX den. XX caseos. XII den. Weiset. II pullos.

Hopfgarten molentinum qualibet vice dimidiā libram. XII den. Weiset. vnum pullum carnisprivialem. II autumnales.

Achtsprechtshofen IIII mansus. primus qualibet vice VI Solid. denariorum et X den. XL den. Weiset. vnum pullum carnisprivialem, et II autumnales. Secundus tantum. Tercius tantum. Quartus tantum. Feodum secundum Gratiam.

Obersickenbach III mansus vnum feodum. Primus mansus qualibet vice V. sol. et X. den. XII den,

den. Weiset, II Muttfur. vnum pullum carnispriuiale. II autumnales. Secundus dat qualibet vice dimidiā libram. XII den. Weiset. II Muttfur. II pullos. Tercius tantum.

Distelgau qualibet vice dimidiā libram. XXXII den. weiset. vnum pullum carnispriuiale. II Autumnales. II Muttfur.

Dietrichshofen II mansus quilibet qualibet vice V Sol. denariorum, et X den. XX caseos. vnum pullum carnispriuiale. II autumnales. Tercius qualibet vice V Sol. denariorum, X den. IIII modios Siliiginis. IIII tritici XX caseos. Vnum pullum carnispriuiale. II autumnales. feodum qualibet vice LX den XX caseos. duos Pullos. Molentinum qualibet vice dimidiā libram. vnum pullum carnispriuiale. II autmnnales, vnum porcum saginatum.

Algersdorf III mansus quilibet qualibet vice V Sol. den. et X den. XX caseos. XXII den. Weiset. vnum pullum carnispriuale. II autumnales. Feodum qualibet vice dimidiā Libram XVI den. Weiset. II pullos. Molentinum sicut superius.

Trenf III mansus. quorum duo quilibet qualibet vice VI Sol. den. XXX caseos XL den. Weiset. vnum pullum carnispriu. II autumnales. Tercius qualicet vice V Sol. den. et X den. XX caseos. XXIII den. Weiset. vnum pullum carnis priuiale. duos autumnales. Feodum qualibet vice III Sol. denariorum et X den. XX caseos. XX den. Weiset II pullos.

Eizendorf II mansus quilibet qualibet vice dimidiā libram. XX Caseos. XXIII den. Weiset. vnum pullum carnispriu. II autumnales. duo feoda quodlibet

quodlibet qualibet vice LXXX den. XX caseos XXIII den. Weiset. II pullos. Molentinum qualibet vice XXX den. VI den. Weiset. II pullos. Molendinum Gries qualibet vice dimidiā libram. XXIII den. Weiset. vnum pullum carnispriuiale. II autumnales.

Wizenberk II mansus quilibet qualibet vice VI Sol. den. II pullos.

Schupf feoda IIII quodlibet qualibet vice III Sol. den. II pullos.

Hoefleins curia qualibet vice VI solid. den. II pullos.

Ortolzhofen IIII mansus. Quorum duo quilibet qualibet vice dimidiā libram et X den. XL caseos. VII den. weiset. vnum pullum carnispriuiale. II autumnales alii vero quilibet qualibet vice XLV den. XX caseos. XX den. weiset. II pullos.

Affaltern Curia qualibet vice vnam libram XXXVI den. Weiset. II pullos carnispriu. II autumnales.

Vischprun III mansus. quilibet qualibet vice III Solid. den. vnum modium Tritic. XV caseos. XII den. Weiset. XXXVI den. administrales, qui Werkpfennig dicuntur, vnum pullum carnispriuiale, duos autumnales. Molentinum qualibet vice III Sol. denariorum. XX caseos. XLV den. admi nistralis.

Hegendorf XI Feoda, quodlibet qualibet vice III Sol. den. vnum modium auene. XII den. Weiset. XLV administrales. II pullos.

Neutriehs curia XII modios tritici. XVI modios Siliginis. XX modios auene. II porcos faginatos. III victimales. duas oves. LXXX caseos. XV. den. in Capite jejunii. XL in pascha. II pullos carnispriuiales. IIII autumnales.

Hafimansterg curia VI modios tritici. XVI Siliginis. XIX auene. II porcos faginatos. III victimales. II oves. LXXX caseos in Epiphania Domini

mini XXX den. omnium Sanctorum XXX den. In capite Jeunii XXX den. in Pascha XL den. duos pullos carnispriuiales. IIII autumnales. Primus mansus ibidem. II modios filiginis. vnum tritici. II avene vnum porcum faginatum. vnum victimalem. X Caseos. vnum pullum carnispriuiale. II. autumnales. Alii duo quilibet vnum modium tritici. vnum porcum faginatum. vnum victimalem. X caseos. vnum carnispriuiale. II autumnales.

Hauchlingen VII mansus. primus qualibet vice V. Solidos den. et X denarios. XXX caseos. VIII den. Weiset vnum pullum carnispriuiale. II autumnales. Quilibet ex aliis qualibet vice dimidiā Libram. XX caseos. VI den. Weiset. vnum pullum carnispriu. II autumnales.

Burgtor VI mansus. quorum duo solauntur quilibet qualibet vice III Solid. den. et X den. et XII den. Weiset. vnum pullum carnispriu. II autumnales. quilibet ex aliis qualibet vice dimidiā libram. XII den. II pullos autumn. vnam carnispriu. et ex illis vnu mansus dat XXX caseos. quilibet Muttſur.

Jaunels (b) mansus qualibet vice VI Solidos denariorū. VI denarios Weiset. II pullos.

Appurek Lehen IIII mansus. quorum duo quilibet qualibet vice dimidiā Libram. XV caseos. duos autumn. alii vero quilibet qualibet vice V Sol. den. et X den. XII. Weiset. XV caseos. vnum pullum carnispr. II autumn. quilibet II Muttſur. vnum molentinum qualibet vice dimidiā libram. et Weiset dimidiā libram minus XII den. vnum pullum carnispr. II autumnales.

Gra-

b Lectio dubia; fortasse Paunels aut Daunels; nouerint Nauumbergentes.

Grabenmül Soluit II Libras minus XXXV den.
pascere debet II porcos, sicut molentinum in He-
drichspruck. vnum pullum carnispruiale. II au-
tumn.

Flons III mansus, quilibet qualibet vice dimidiam
libram. XX caseos. XII den. Weiset. VI Mutfur.
vnum pullum carnispr. II autumn.

Hartmannshofen vnuus mansus. qualibet vice
libram, et dimidiam. III solid. Weiset. IIII pullos.
VI Mutfur. feodum qualibet vice III sol. den.
XV den. Weiset II pullos. Reliquum secundum
gratiam. Molentinum committitur, sicut extensi-
bilius potest.

Oberheg II mansus. quilibet qualibet vice VI
sol. den. XV den. Weiset. vnum pullum Carnispr.
II autumn. Molentinum qualibet vice dimidiam lib-
ram minus XV den. XII den. Weiset, vnum pul-
lem carnispr. II autumnales.

Wilherstorf II mansus. primus dat qualibet
vice vnam libram. XXX caseos. XII den. Weiset.
vnum pullum Carnispr. II autumn. Secundus qualifi-
bet vice V. Sol. den. et X den. Weiset. XXX
caseos. vnum pullum carnipr. II autumn. quinque
feoda. quodlibet qualibet vice III sol. den. VI den.
Weiset. V caseos. II pullos. Sextum qualibet vice
LXXV den. XV. den. Weiset. X caseos. II pul-
los. septimum qualibet vice LXX den. V den.
Weiset. X. caseos. II pullos.

Hofstetten III mansus. quilibet qualibet vice
dimidiam libram. XII den. Weiset. XV caseos.
vnum pullum carnispr. II autumn. IIII Mutfur.

Cursperg mansus qualibet vice unam libram.
XX den. Weiset XXX caseos. IIII pullos IV Mutfur.

Otzn-

Otznberg curia XII modios Siliginis. XII auene, III Tritici. II porcos faginatos. LX caseos. XXX den. Weiset II pullos carnipr. IIII autumnales.

Lochof VIII modios Siliginis. VI auene. II Tritici. vnum porcum faginatum. XV den. Weiset. II pullos carnispriuiales. IIII autumnales.

Talheim molentinum qualibet vice VI sol. den. VI den. Weiset. II porcos pascere debet a festo Martini vsque ad Epiphaniam Domini. vnum pullo carnispriu. II autumn.

Gotzmethofen unum Feodum qualibet vice LX den. XII den. Weiset. II pullos. secundum tantum. tertium tantum. Molentinum II libras minus XXXV den. II porcos pascere debet. Sicut primum. Secundum molentinum dat qualibet vice LX den. VI den. Weiset. II pullos.

Gotzmannsreut curia VIII modios Siliginis. quinque auene. vnum Tritici. LX caseos. X den. Weiset. II pullos carnispr. IIII autumn.

Gotzenberg. IIII feoda. quodlibet qualibet vice dimidiā libram II Kloben lini. II pullos. quintum dat qualibet vice III sol. den. et X dena. II Kloben lini II pullos. Sextum tantum. septimum qualibet vice XL den. I Kloben lini. II pullos.

Aicha IIII feoda. quodlibet qualibet vice V sol. den. II Kloben lini. II. pullos. Vnus ager zu Lent. XXIX den. ager et pratum sub Neuhan II modios Siliginis XXXVI den. X caseos.

Bolant vnum feodum qualibet vice LXXX den. XX caseos. VIII den. Weiset. II pullos.

Alpheld V mansus quilibet qualibet vice dimidiā

diam libram. XV caseos. XII den. vnam ouem. vnum pullum carnispr. II autumn. Duo feoda quodlibet qualibet vice LXXX den. XII den. Weiset XV caseos. II pullos. quilibet mansus II Muttfur. Quodlibet feodium I Muttfur. quodlibet bonum XVIII madpfening.

Bezelshof qualibet vice dimidiā libram. vnum porcum faginatum, XV caseos. XII denarios Weiset. vnum pullum carnispr. II autumn.

Bernshershof. qualibet vice XL den. XX caseos. VII den. Weiset. II pullos.

Agerlastershof qualibet vice LX den. XII den. Weiset. II pullos.

Lirungershof IX mansus. quilibet dat VIII modios Siliquinis. vnam ouem. VI den. Weiset. qualibes vice XXX den. VI madpfening. vnum pullum carnispr. II autumn. nocturnas Abbatisse.

Fuchsreit III feoda quodlibet qualibet vice LX den. XII den. Weiset. II pullos.

Seuboltstetten III mansus. quilibet dat sicut vnum in Lirungertshofen. Feodium dat qualibet vice XLIII den. VIII den. Weiset. II pullos.

Guntersreut due curie quinque mansus. Major curia XII modios tritici XVI Siliquinis XX auene. II porcos Saginatos. IIII victimales. duas oves. LXXX caseos. XV den. in epiphania. XV omnium Sanctorum XV den. in Capite ieiunii. XV in pascha. XL den.

Viltrum II pullos carnispriu. IIII autumn. Minor curia VIII modios tritici. XII Siliquinis. XVI auene. II porcos faginatos. IIII victimales. duas oves. LX caseos. XV den. in epiphania. XV. omnium

nium Sanctorum. XV in Capite ieiunii, XV in pa-
scha, XL. II^r pullos carnipr. IIII autumnales. qui-
libet mansus II modios filiginis. II. auene. et
unum Tritici. vnum porcum faginatum. vnum vic-
timalem. XX Cafeos. II pullos.

Stalpannum curia XII modios tritici. XVI Si-
liginis. XIX auene. II porcos faginatos. III Vic-
timales. duas oves. LXXX cafeos. V sol. den. III
Kloben lini. in epiphania XV den. Omniai sancto-
rum XV den. In pascha XV den.

Viltrum II pullos carnispr. IIII autumnales.
mansus ibidem VII modios Siliginis. VI auene. II
tritici. vnum porcum Saginatum. vnum victimalem
LX cafeos. LX den. Weiset. II Kloben lini. vnum
pullum carnispr. II autumn. Secundus tantum. quod-
libet ex foedis II modios filiginis. II auene. vnum
tritici LX cafeos. vnum porcum faginatum. vnum
victimalem. LX den. II Kloben lini. II pullos.

Mosenhofen II foeda. quodlibet qualibet vi-
ce V solid. denariorum. II Kloben lini. quatuor
pullos.

Manpruck VI feoda. quarum tria dant qualibet
vice VI sol. den et X den. et XX den. Weiset II
pullos. alia duo quodlibet qualibet vice V sol. den.
minus X den. XV. den. Weiset. II pullos. aliud
vero dimidiā libram qualibet vice. XII den. Wei-
set. II pullos. Molentinum qualibet vice VI sol.
den. et XLVIII den. Weiset vnum pullum car-
nispriu. II autumnales.

Elhenbach mansus duos modios filiginis. II
auene. vnum Tritici. vnum porcum faginatum. XXX
caeos. vnum pullum carnispr. II autumn. secundus
tantum.

Hagentūl qualibet vice LX den. XII den. weiset. IIII pullos.

Krumpach inferius curia qualibet vice unam libram. XXXVI den. weiset. LX caseos. II pullos canispr. IIII autumn. LX den. administrales. Tria feoda quodlibet qualibet vice LXXX den. XX caseos. II pullos.

Geigenbaum ager apud Hohenstein libere pertinet ad Monaferium. Abbtissingereiit in Traunfelt situm. (c)

Num. III.

c) Praedicta praedia fere singula reperies in Io. Bapt. Homanni mappa geographicā Territorii vrbis imperialis Norimbergenis; praeterea Herolsberg, et Monasterium Weissenö ab Aribone, comite Palatino, Sec. XI. fundatum, cuius ex Maioribus Aribonem I comitem quidam, fratrem Luitpoldi nostri ad an. 904 fuisse autem, non sine veri similitudine. In primis autem conferas ve- lim meis cum hisce obseruationibus diploma Regis Ludouici dat. an. 903 XVI. Kal. Mart. et praedia in pago Nordgeuii in comitatu Liutpoldi in villa Terrinhoua, quae pertinebat ad Ornaffaz, quae est contigua loco Sentalapah (ad Pegnizam amnum) Neue bayerische hist. Abhandl. II. Band p. 63. Castrum Hiltpolstein infra Lentpoldstein et Bezenstein diuersum ab alio eiusdem nominis Castro proxime Abenberg, teste Huadio a Baboniis inhabitatum est; inde Gotefridum de Sikelingen, Arbenhouen et Werde primum Castri Norimbergenis Castellanum fuisse grauissimis ex rationibus conicio, et Satorem Burggrauerorum ibidem tempore Henrici IV et V Imper. Codices diplomatici Nordgauenses vetustiores parum Lucis ab industrio Domino de Falkenstein accepserunt, eo quod Monumenta Boica suo tempore nondum ad publicum usum euulgabantur.

Eiusdem Castri Hiltpolstein Dominum fuisse, reperi Gotefridum de Stein apud Nariscos Dynastam, Biburgio proxime Abensberg oriundum, quem Ludouicus I, Bavariae Dux, eo quod cum hostibus Boemis clam fenerat, Seotentia Principum sub an. 1195 condemnatum securi percuti iussit. Auent. Annall. L. VII p. 657.

In primis perpendandis heic sunt monita perspicacissimi nostri Auentini in Annali Boic. L. IV p. 481: Necquicquam ultra de uernis Luitpoldi Maioribus. Quo g-ada

Num. III.

„In nomine sancte et individue Trinitatis Heinricus diuina sauente Clementia rex. Si Ecclesiæ Dei in augendo exaltauerimus, eterne remunerationis emolumentum nobis inde profuturum neutquam diffidimus. Quapropter omnium sancte Dei Ecclesiæ fidelium presentium scilicet ac futurorum nouerit industria, qualiter nos tam pro nostre quam dilectissime contextalis nostre Kunegunde videlicet regine auguste remedio Bergensis Ecclesiæ Sororibus sub sancti Benedicti Regula degentibus quoddam nostri iuris premium taliter donantes proprietamus in augmentum stipendiiorum, qualiter Ernst comes visus est, possedit id ipsum Tolenstein dictum, et premium, quod in pago Swanvelden situm est in comitatu wernheri comitis cum omnibus eiusdem predii adherentibus et appendiciis, videlicet vilis areis edificiis mancipiis, utriusque Sexus, terris cultis et incultis. quesitis vel inquirendis viis inuiis exitibus redditibus pratis pascuis compascuis sive apum pascuis Siluis sagenis aquis molendinis pescationibus, certisque omnibus, que rite dici vel scribi possunt quoquolibet modo utilitatibus et appendiciis praecipientes igitur regali autoritate iubemus, quatenus Benedicti semper gregis moderatrix, sive Abbatissa tam presens quam etiam futura liberam dehinc habeat potestatem antedictum premium tenendi,

contingat familiam Caroli Magni, ego quidem haec tenus reperi, licet adcurate vestigiarum. In Bibliothecis Naricorum, Boetorum, Bambergensium, ubi ortus fuit, amplius quaerendum censeo. — Arbo in demortui Luitpoldi Locum substituitur. Ibidem inter primos exercitus aduersus Vgross an. 907 nominantur Narisci, Boethi, Chamabi, Vindelici et Norici.

di, possidendi, colendi, edificandi, advocatum superponendi, seu quicunque sibi libeat, modis omnibus ad usum Sanctimonialium in prelibata Bergensi Ecclesia Deo monachice seruientium faciendi. et ut hec nostra tradicionis sive donationis Majestas stabilis et inconuersa permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione infingi; iussimus.

Signum Domini Henrici regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius vice willigisi Archicancellarii recognoui. data XVII. Kal Mai Indictione V anno dominice incarnationis MVII anno vero Domini Heinrici secundi regnantis. V. actum Ratisbone feliciter amen.

Num. III.

In nomine sancte et indiuide Trinitatis Cunradus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus ad presentis vite statum et ad eterne retributionis spem sibi perspectum parat, quisquis ecclesias Dei vel a Fundamento locat. vel a persersis dirutas aliquibus suis bonis locupletat. que copia cum maxime regibus et imperatoribus praefito fit, ex quo se christiane religioni subdunt. pium ac racionabile nobis uidetur, nil ab his deviate, quibus credimus anteceliores nostros sibi eternam requiem promeruisse. Vnde Dei nostrorumque fidelium tam presentium quam et futurorum vniuersitati notum esse volamus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilecte coniugis Gisile imperatricis auguste, et amantissime nostre prolis Heinrichi regis tale preedium, quale Poppo clericus habuit. et nos in publico placito legaliter acquisiui-

mus

mus Vrlingun dictum, (d) sicut in comitatu Ruperti cum omnibus ad idem pertinentibus cum areis edificiis. agris. terris. cultis. et incultis. pratibus. pascuis campis. siluis. venacionibus. molis. molendinis. aquis aquarumue decursibus. piscationibus. viis et inuiis. exitibus et redditibus. quesitis. et inquirendis cum mancipiis vtriusque sexus seu cum omni utilitate. que vilo modo inde prouenire poterit ad Monaferium Pergin nominatum in honore sancte Marie constractum ad seruendum sanctimonialibus inibi secundum regulam Sancti Benedicti degentibus in perpetuum proprietatis usum tradidimus eo quoque tenore. ut praefati monasterii Abbatisse liberam dehinc habeant potestatem. quemque sibi de eodem predio placuerit faciendi. quatinus eas melius delectet pro nostri regni stabilitate. et incolumitate nostra iugiter Dei manus implorare. Et ut hec nostre traditionis autoritas stabilis et inconuulsa perseueret. hanc paginam inde conscriptam manu propria roboratam Sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Cunradi inuictissimi romani Imperatoris.

Vdalricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognouit. data Kalend. Augusti Indictione XI anno dominice incarnationis MXXVIII anno autem

d) Haeres cuncti Iuris Monasterii Bergensis, Seminarium Neoburgense etiamnum in Parochia Vrlingen (Ursching proxime Vogaburgum cis Danubium) instituit Parochos. Praecipuum autem disquisitionem meretur Comitatus Ruperti ad an. 1028 hisce in Locis; alias tres comitatus trans Danubium eadem aetate producam ex diplomate Henrici II Regis sub an. 1007 meis in additionibus, ius nus haecne obseruatos.

tem Domini Chunradi Secundi regni IIII, imperii vero II. actum Altsteti feliciter amen.“

Praedictarum ergo religiosarum Dominarum precibus inclinati presentem litteram nostri Sigilli iussimus appensione muniri. Datum Eystet III idus mensis Aprilis anno Domini MCCCLVII.

A.

Fragmentum Litterarum fundationis.

Joannes XV Pontifex maximus erectum a Wiletrude ex propriis bonis Monasterium Bergen, et Abbatiam ad instantiam Adelhaidis Augustae, Henrici Ducis, ipsiusque Wiletrudis approbavit et confirmauit autoritate apostolica, eidemque sedi subiecit, atque a morte Wiletrudis fecit potestatem Sanctimonialibus aliam Abbatissam eligendi etc. Ita literae apostolicae mense Aprili inductione octaua an. 988.

Non dubito, Litteras hasce integras in dicti Seminarii Neoburgensis archiuo extare, Annalibus Boicis in primis memorabiles; verum ego describendi copiam non habui.

B.


Henricus II Rex in diplomate dat. Kal. Non, inductione v anno dominice incarnationis MVII anno vero regni VI Francofurti donauit Ecclesie Babenbergeni recens a se fundate, et amplius condecorande Abbatias sex celeberrimas, et primam quidem seu proprietatis Abbatiam Barigin dictam in pago Nortgoaue, et in comitatu Beringeri comitis sitam. (e) Secundam sui iuris abbatiam Genginbach

e) Consule Notam f) et Diploma eiusdem Henrici II Regis Monasterio Puellarum S. Wolfgangi Neoburgensis eo-


Ad pag. 258.

Genealogia Willetrudis, Bertholdi I. Boioariae Ducis viduae.

Henricus I. Auceps: Imper.



Referunt Hagiographi, eundem Egilbertum, quemadmodum Abrahamum Epum, de amoribus in Juditham faisse suspectum; inde pia fabula: Reginam Chunigundem super igne carentes vomeres illaesam inambulasse. Id vero certum est, Egilbertum orientali in Boioaria infra Viennam trans Danubium non procul a Vischagemunde auitas Luitpoldi ditiones pro Ecclesia sua Frisingensi obtinuisse; memineris Chunonis Comitis Palatini ibidem a. 1073 potentis.



ginbach dictam in pago Mordenouua, et in comitatu Hessini comitis. Tertiam sue proprietatis Abbatiam in loco Haselbach in eodem pago et comitatu. Quartam sui iuris abbatiam Kizingin dictam in pago Gozfelt. Quintam sui item iuris abbatiam Stein dictam in pago Hegouue. Sextam denique sue proprietatis abbatiam in Loco Nuwenburg (f) sitas, omnes et singulas cum omnibus eaurundem pertinentiis nominatim rebus mobilibus et immobilibus, vicos, villis, ecclesiis, decimationibus, quesitis, aquisitis, vel inquisitis, viis, inuiis, exitibus, et redditibus, seu omnibus, que rite dici, vel scribi possunt, quoquilibet modo utilitatibus, praecipiens, ut in Deo dilectus Babenbergenfis Ecclesie

dem anno 1007 XVII Cal. Maij datum, quod tres Comitatus hac in vicinitate danubiana nobis monstrat, et notitias nostras mirum in modum illuстрat. Ecce tibi argumentum Diplomaticum:

f) „Qua propter omnium S. Dei Ecclesiae fidelium, presentium Scilicet et futorum, nouerit industria, qualiter nos tam pro nostrae, quam praedilectissimae Contectatis nostrae, Chunigundae, videlicet Reginae, animae remedio S. Neuburgenfis Ecclesiae Sororibus, sub S. Benedicti regula degentibus, quaedam nostri iuris praedia taliter donantes proprietamus in augmentum stipendiorum, scilicet Tagmaresheim (vulgo Damersheim infra Monheim) Situm in Comitatu Graysbach cum nemore, et Moeringen, Situm in Comitatu Hirsperg (Parochia Moering supra Voheburgum trans danubium, ubi Monasterium Neoburgense etiamnum instituit Parochos nec non Zell, situm in Comitatu Neunburg cum omnibus eiusdem praediis attinentiis et appendiciis, videlicet Ecclesiis, Villis areis aedificijs, mancipijs — — Acta sunt haec Ratisbonae. Hund. Metrop. Salish.

Nuwenburg ad Danubium olim Nuwenheim ex Synodo Tassilonis ducis iam nota Villa; ibidem sedes Episcopatus, qui paulo ante mortem Imp. Caroli M. efie desit et Episcopatui augustano adiectus est; eandem urbem anno 977, durante Principum discordia, Henricus Augustanus Epus armis occupavit. Chron. augustan.

clieſie Eberhardus Episcopus, ſuique ſuccelfores libe-
rem delinc habeant potefatam, eadem antedicta
tas abbatis tenendi, ſeu, quidquid ſibi libeat, in
vflui eternae commoditatis faciens.

Signac Domini Heinrici Regis inuictissimi:

Eberhardus rancel, vice Unilligilli Archicapell.
recogn. data Kl. Nou. indict V. anno dom. in-
carn. M VII anno vero domini Heinrici fecundi
regn. VI. actum Francofurti feliciter amen.

Wilhelm. Jo. Heiberger, Epi Babenberg. Ar-
chinar. Ichnogr. Chronic Babenberg. Pars I p. 41
§. 87. Bambergae 1774.

C.

Memoria loci Hartichespruck (Herspruck) ex-
tat etiam quodam in diplomate Henrici IV Regis
sub an. 1060; eo vero quod omnes et singulae
Raspodiæ meze, XI Cal. Apr. 1803 incendio pe-
riere, atque a Bibliothecis longius abſum, id adie-
gare iam non poſsum; id quod ſub litteris D et E
dictum volo.

F.

Acta quaedam Monasterii Bergenſis Tempore
Reformationis Sec. XVI.

Parcam humanitatis auribus, clementique Ge-
nicio Seculi nostri urbani, comis, elegantisque, cu-
ius naturam Philosophiae Sapientia aliis longe mori-
bus, mutuisque viatae humanæ officiis ad S. Reli-
gionis ſtudia imbuuit, atque omnem fanatiffimi bar-
bariem ac furorem ad tolerandas aliorum fententias
exarmauit: neque ea referam, que timidae, queru-
laeque:

Iaeque Monasterii Bergensis columbae scriptis de Calamitatibus suis reliquerunt; detimenta duntaxat possessionum suarum, Annalibus boicis fortasse profutura, posteris notabo.

In primis Primitiae fundationis, officium Hertrichesbruck, XIX Kal. Febr. 1529 pro Gansheim, Gofsheim et feodis apud Poetmös commutare iusitae sunt, sub Abbatia Sabina Hersbruck eodem anno venditum est vrbi Norimbergensi pro 14.560 florensis. Au. 1530 vendidit Abbatia Euphenia Türkheimerin decimas de Schweikhofen et Peitholdshofen. Hofmarchia Gofsheim prope riuum Sualam, qui Wernizam fluum intrat, vnde pagus Suala-feld nomen accepit, et Fünfletten iam antea erat in potestate eiusdem Monasterii, id quod ex diplomatis Ottonis II Imp. Num. I, et Henrici II Regis Num. III constat; vulgo Gossa id praedium dicitur. Ad Monasterium Bergense pertinebant etiam bona ad Walthersberg, atque ad Meilingen et Feldkirchen proxime Ingolstadium, nec non in vicinia Weiheringen et Zucheringen, et, ni fallor ad Praitenbrun et Praitenecke supra oppidum Dietfurt; Testimonia mea his de rebus igne perierunt.

G.

Litterae Fundationis Seminarii S. Crucis ex redditibus Monasterii Bergensis erecti, et a Duce Philippo Wilhelmo, comite Palatino, die 27 Sept. 1664 Patribus Societatis Jesu traditi.

In nomine sacrofanctae et indiuidue Trinitatis, Amen,

Magna

Magna semper extitit in Ecclesia Dei aestimatio; nec minor fructus Seminariorum, quorum Alumni virtutibus ac Scientiis instructi confirmarent et conseruarent in vera religione Fideles, ad eam errantes reducerent, et a dominico ouili Lupos arcerent. Cum itaque serenissimus quondam Dominus Wolfgangus Wilhelmus gloriose memoriae comes Palatinus Rheni, Bauariae,Juliae, Cliviae, ac Montium Dux, dilectissimus Genitor Noster pro religionis promouenda et firmandae zelo permotus Anno 1635 in Ducalis Residentiae oppido Neoburgo Seminarium aliquod pro Adolescentibus studiosis inchoauerit, eique primo certos redditus ex desolato et extincto Monasterio Bergen, olim Sanctimonialium D. Benedicti destinauerit: deinde idem Monasterium totum ac integrum cum omnibus eius appertinentiis dicto Seminario applicauerit: Dei gratia Nos Philippus Wilhelmus Com. Pal. Rheni Bau. jul. Cliv. et Montium Dux. comes Valdentinae Sponheimii Marchiae Rauenspurg ac Moeiuae, Dns in Rauenstein & piam hanc serenissimi Dni Parentis Nostri dispositionem vtpote vehementer vtilem, gratam ac ratam habentes ad inchoati Seminarii plenam Institutionem et erectionem Animum adiecimus; ideoque eius confirmationem a Smo. D o N.o Alexandre P P. VII Anno 1659, ac supra dicti Monasterii Bergen Incorporationem debite rogauiimus, et impetrauimus, et demum currente hoc anno 1664 prudenter et mature considerato Ducatus nostri Neoburgici statu et spirituali necessitate constantem ei Firmam iuxta propositum et intentionem nostram praescribere ac definire visum fuit.

Quod

Quod ergo Deus opt. Max. ad suum honorem, Ecclesiae catholicae Emolumenntum multo maximum euenire velit, iubeat.

- I Seminarii huius finis et Institutum erit eformare idoneos Ecclesiae sacerdotes, et Ministros ad curam Animarum: deinde promouere Fidem, ac Religionem orthodoxam per Palatinatum nostrum ad Dei omnipotentis Gloriam, subditorumque nostrorum Solatium, ac aeternam Salutem, et quandoquidem incorporatum ei auctoritate apostolica Monasterium Bergen honori sanctae Crucis olim consecratum, eiusdemque Gloria hodieum fulget, Seminarium Palatinum S. Crucis nuncupare placuit, et in eo nobis, nostrisque haeredibus ac posteris, Comitibus Palatinis Rheni, Ducibus Neoburgensibus, nomen, ius, et titulum fundatoris, Patroni, Protectoris, ac conseruatoris perpetui reseruamus.
- II Domus, et aedificium Seminario oportunum aproprium cum necessaria supellectile suo tempore comparabitur ex mediis fundationis.
- III Seminarii huius, et incorporati eidem Monasterii Bergen cum omnibus illius fundis, bonis, redditibus, iuribus, et apertinentiis Gubernationem et regimen tradimus et consignamus existenti pro tempore Rectori Collegii nostri Neoburgensis societatis Jesu iuxta conditiones ad destinatum finem ac intentionem nostram, in sequentibus §. §. exprefias:
- IV In Alumnos admitti volumus primum ex familiis Equestribus Palatinatus nostri ante omnes alios, vel aliarum nostrarum aut vicinarum Superioris Germaniae ditionum, in defectu eorum tres,

tres, vel (prout media permittent) plures, summum tamen quinque bonae Spei adolescentes ad fidem catholicam vel conuersos, vel conuertendos, vel pupillos, propter Tutores, Curatores, aut cognatos haereticos defunctis parentibus in periculo peruerisionis constitutos, ut in religione, pietate, bonis moribus, et artibus viterius instituantur, aut conseruentur.

Deinde ex plebeis pro ratione mediiorum quinque aut septem honestorum parentum filios ex Palatinatu, vel aliis nostris prouinciis, ut supra de Nobilibus dictum, quos moribus, vita, ac indole tales esse oportebit, a quibus Ecclesia Dei Laudem, auxilium et subsidium exspectare aliquando, et sperare possit, concedimus etiam, ut ad Gymnasii societatis Neoburgi, ac chori musicae incrementum admitti possint, conuictores, qui constitutum rationabile victus pretium annue persoluant.

V. Plebei erunt Musices periti, vel saltem ad eam addiscendam apti, et obligati, ut seruiant Ecclesiae in sacris et diuinis officiis, praeterea eius debebunt esse maturitatis et conditionis, ut determinato tempore obligare se possint, et ve-
llint iuramento ad suscipiendum statum ecclesiasticum, et curam animarum in Palatinatu nostro, vel ubi ex iustis caussis P. Rectori, et a nobis adiungendo consiliario visum fuerit, exercendam. Quodsi ecclesiasticum statum assumere detrectabunt: sumptus eorum caussa impensos Seminario refundere tenebuntur iuxta instructionem et moderationem inferius annexam, in quantum nempe restitutio ab illis fieri poterit. Nobiles ab omni obligatione liberi erunt, sicut et conuictores.

VI. Jus

VI. Jus admittendi Alumnos Nobiles referamus Nobis, nostrisque haeredibus. Plebei admittentur et dimittentur a supradicto P. Rectore, et nostro Consiliario praevio examine dupli, ad cuius singula puncta scripto respondebunt candidati, antequam admittantur.

VII. Alumni plebei post absoluta humaniora applicabuntur studiis Logicae, Theologiae moralis, controversiarum fidei in Gymnasio nostro Neuburgi, ex quibus subinde unus vel duo (qui capacioris ingenii et maioris spei iudicabuntur) poterunt, si media ferant, iuxta §. 12. inframitti Dilingam ad Theologiam Scholasticam, ibique in collegio S. Hieronymi impensis Seminarii sustentari; pari ratione etiam poterunt ex nobilibus rarioris ingenii, et expectationis subiecta al quando mitti Ingolstadium vel ad alias Univeritates catholicas ad iurisprudentiam, assignata certa pensione annua in sustentationis sustentare, vt in hoc nostro ducatu habeamus viros religioni conservandae, et reipublicae gerendae aptos, ideoque, qui hac gratia fruentur, ad operam suam, et seruitia, vbi maturauerint, nobis, nostris posteris praे aliis Principibus deferenda se obligabunt.

VIII. Plebei pro sacris ordinibus admissi exercebuntur domi in Caeremoniis Ecclesiae, cantu Gregoriano, Catechizando, exhortando, concionando, et similibus pro aetate, vt paulatim ad animalium curam aptentur: Nobilibus alia iis conformia exercitia praescribentur.

IX. Ratio victus, disciplinae et ordinis domestici omnibus communis formabitur, et scripto concipietur

cipietur statim a P. Rectore ad normam Seminarii Monachiensis, Ingolstadiensis, aut Dilin-gani, alteriusue, quae conuenientior videbitur, atque ut statuta tempora orationis frequentando-rum Sacramentorum, studiorum, musicae, alio-rumque exercitiorum accurate obseruentur, elige-tur communi judicio P. Rectoris, et adjuncti consiliarii probatus facerdos secularis in Prefec-tum, constituto ei honesto falario annuo, qui in seminario habitat, inuigilet ordini et discipli-nae cum ea potestate, quam ei Rector Collegii permittendam censuerit, referetque ad hunc (vel eum, quem sibi e collegio Rector substituerit, ad immediatam et quotidiam inspectionem) siquid erroris, aut difficultatis maioris emer-geret.

Poterit etiam hic facerdos secularis intendere oeconomiae iuxta §. XI. seruire, item vel prae-esse Musicae, et choro, ac facris quotidie ope-rari apud virgines carmelitanas exceptis feriis sextis, quando celebrat in Sacello aulico prop-ter peculiarem fundationem.

X. Bona temporalia fundationis et Monasterium Bergen administrari curabuntur per virum secu-larem, honestum, fidelem, sedulum ac pruden-tem, qui ad destinatum finem communi con-sensu et approbatione P. Rectoris et consiliarii praedicti omnia aget, et accuratas rationes ac-ceptorum, expensorum, ac reddituum omnium semel quot annis dare obligabitur iuxta §. XIII. infra.

XI. Scripta, rationes, registra, litterae, instru-menta, aliaque ad Seminarium spectantia in spe-ciali

ciali ad hoc deputato conclavi affluabuntur: custodietur residua pecunia; et sigillum sub duplice clave, quarum una Rector Collegii, alteram deputatus consiliarius habebit, prouidebiturque, ne villa ratione, res, aut pecuniae Seminarii ad alios, praeterquam in his litteris destinatos usus conuertantur: Oeconomiae vero quotidianae, ac rei familiaris, mobilium item, ac supellectilis domesticae curam geret sine secularis, sine ecclesiasticus vel sacerdos ille, qui in Praefectum fuerit electus iuxta §. IX. supra, prout per communia vota iuxta temporum cursum magis idoneum iudicabitur, dabitque rationes consumptorum singulis mensibus.

XII. Quia autem iuxta Ducatus nostri huius palatini statutum, et conditionem definitus supra §. IV. alumnorum numerus sufficiens existimatur, consultum censemus, et constituimus, ut cum approbatione sanctae Sedis apostolicae quadrigenti florani Germ. ex supradictis redditibus Bergensisibus annuatim per P. Rectorem, et adiunctum Consilium numerari currentur fratribus Misericordiae Neoburgi in defalcationem annuae eorum fundationis, quam ex bonis ecclesiasticis faciendum esse serenissimus Princeps fundator, ac Dominus Patens noster dilectissimus litteris fundationis inseruit, et Pontifex approbavit.

XIII. Denique ut haec nostra fundatio, ac intentio firmius confusat, in longam posteritatem certius propagetur, ac finis Seminarii huins obtineatur, volumus, et constituimus, ut ad officialium Secularium, et ecclesiasticorum electiones, elocationes bonorum, aliasque contractus, ac deliberationes,

tiones, admissions, et dimissiones alumnorum ad rationes denique annuas, aliasque a secularibus officialibus, et administratoribus reddendas adjungatur unus e nostris consiliariis ad haec specialiter a nobis deputatus. Porro si procedentibus annis Seminarii huius speratus fructus ad Ecclesiae emolumentum iuxta intentionem nostram non sequeretur, reseruamus Nobis, Posterrisque Nostris plenum ius et potestatem fundationis huius redditus ad primaeum institutum S. Benedicti cum approbatione sanctae sedis apostolicae conuertendi.

XIV. Atque ut de hac fundatione, et intentione Nostra Posteri Nostris constet, Tabulas has confici, Sigillo Nostro, propriaeque manus subscriptione muniri, earumque exemplari supradictis Rectori Collegii Societatis Jesu vnum, et Deputato consiliario alterum tradi, et consignari cuntraimus.

Acta sunt haec in Residentia nostra ducali Neoburgi ad Danubium die 27 Septembris anno 1664.

Philippus Wilhelmus Mp.

(L. S.)

Cum serenissimus Dux voluerit hanc suae serenitatis clementissimam voluntatem societatis etiam Sigillo et subscriptione firmari, ego infrascriptus facultate a R. P. Visitatore accepta id facio, et tenore praesentium subscribo ac subsigno 4 Dec. an. 1664.

(L. S.)

Albertus Curz

Collegii Rector Mp.

Notitiae

Notitiae de comitatu Geisenhusano
*ad annum Filiam minorem Landeshutum inter et
 oppidum peruetustum Veldam Seculis X et XI.*

Communicauit mecum an. 1801 praeclarus in
 antiquo, vir Carolus Landes Jur. cons. et Archiuar.
 ius cap. cathedr. augustani, nunc Elector. Bavar.
 Archiuar.

- I. Donatio proprietatis in comitatu Gisenhusano
 an. 982 facta ab Henrico I Epo Augustano.
 Purchardi comitis Gisenhusani, et Adelhaidis
 coniugis, Arnolfi I Boioariae Ducis filiae, filio
 Canonicis S. Mariae Augustae. Ex apogr. Sec.
 XII intrantis.
- II. Traditio praedii Straubingae in pago Tuongou-
 ue a Brunone Episcopo augustano, fratre ger-
 mano S. Henrici II Imp. Canonicis maioris Ec-
 clesiae Augustensis delegati, eiusque data 1029.
 1091. 1101. Ex apographo Seculi XII in-
 trantis.
- III. Notitia de restitutis per Herimannum Episco-
 pum Canonicis Ecclesiae maioris Augustensis
 praediis Straubinga et Geisenhausen XVIII Kl.
 Febr. 1104 in comitiis Imper. Ratispon. Acce-
 dent iisdem Notitiis Lumina ex cod. dipl. fri-
 lingensi, et ex actis Parochiae Holzhausen pro-
 xime oppidum Geisenhausen, quae mihi imper-
 tit et ingenii et animi Nobilitate perillustris
 D. Josephus Maria Nobilis signifer et S. Rom.
 Imp. Baro de Imsland, Maikelkonen et Wilde-
 nau, Can. Cathedr. Frising. et Holzhufi Pa-
 rochus.

*Henricus I Episcopus Augustensis canonice sanctae
Mariae Augustae proprietatem suam in Geisenhausen
tradit. 982. Ex apographo Seculi XII. intrantis.*

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS. Notum fit omnibus qualiter Heinrichus (a) successor sancti Ovdaltrici proximus Romanum & limina apostolorum pro remissione delictorum suorum visitauit & antea quam illuc perge-
re cepisset. proprietatem quam pater suus Purchardus (b) in Gisenhusa habere visus est eo die Etichoni (c) fidei suo sub testimonio contradidit, ea videlicet ratione, ut eam illuc firmiter delegaret vbi eum filius suus episcopus Heinrichus rogaret. Tunc pro certo Etich postulaante episcopo vt in antiquiori vita Sancti Ovdaltrici legitur tradidit cum manu eius presatam proprietatem legitime secundum legem noricorum (d) sanctae Mariae canonice super altare eius in Augusta ciuitate situm & super

- a) Ipsissimus Heinrichus Epus augustanus, qui Henrici II Ducis Boioariae, ac Pertholdi, Arnolfi II fili partibus aduersus Ottonem II Imper an. 976 accessit, et Niuenburgum aut prope Passauum ad Oenum, aut Niuenburgum dabubianum iuxta Parthenonem Bergam an. 977, durante hac Principum discordia, testimonio Codicis augustani occupavit
- b) Burchardus hic erat ramus familiae Comitum de Moaburga.
- c) Eticho ex genere Comitum Welforum, qui an. 914 in pago Sualauelda ad Altheim et Papenheim, Pinczwanga, Mimerheim et ad Echneperc, praeterea iuxta Glanam ad Pergam Petersberg Parochiam Sintenbach vulgo Sittenbach et Monasterium Altomünster a Welfis Sec. X restitutum, potentes erant Vide trita Luculentaque huius rei Vestigia in Libro Prob. Emmeram et diploma Couradi I Regis p. 101 Num XXXVII. Idem Eticho, Heinrici I Epi in Episcopatu augustano successor † 988 Comes de Altorf in codd. augstanis nuncupatur.
- d) Secundum legem Noricorum, nempe Boioariorum, non autem Alemanorum.

super capsam deauratam lapidibusque inclusis decorata. cum ecclesiis & totis edificiis. cum agris. pratis pascuis. molendinis. aquis aquarumque decursibus. viis & inuis. ciuitatibus. silvis. tonis. & intonsis. quefitis & adhuc inquirendis. & cum familia et cum omnibus ad eandem proprietatem jure pertinentibus nisi. XX. Hobas extra traditionem dimisit. & eas seruiruti sancti Magni ad Faunes (e) decreuit. canonicisque placitauit. ut potestatē haberent si vellent eadem. XX. Hobas cum X. Hobis in ista prouincia in bono loco sitis concambire. in manum Gerhardi praepositi & in manum Werinharii advocati (f) pro remedio anime sue patris matris sue et materterae (g) suae. ceterorumque propinquorum & parentum suorum. in eam placitationem. ut in jure & potestate canoniconum perpetualiter in oblatione permaneant. salvo in omnibus eorum cottidiano stipendio. & vt ipsi pro requie anime eius annis singulis ante anniversarium diem ad Horam vespertinam vigiliam maiorem devote celebrent. et in anniversario die vigiliam expleant. & celebrata missa altaris Hostie oblationem omnes in commune deo offerant & insuper centum pauperes sufficienti stipendio

e) S. Magni ad Faunes, Monasterium Fussen ad Lycum torrentem in pago Schwangau pago Ambragoniae, ac Ethiconis Valli (Eualo) vicino, unde etiam Comites Mosaburgenses veteres originem duxisse reperi.

f) Werenharius adiudicatus Henrici Epi an. 982 videtur mihi ille Babo I Comes, Pertholdi II Arnolfi II Comitis Palatini filius et pater babonis II patris XXX filiorum, ac Cognatus Henrici Epi, cuius pater Pertholdus II etiam in Alemannia rerum potens erat. Insuper perpendas, velim rationes, quas hoc de adiudicato Merinhario in Praefatione protulit.

g) Materterae Juditha nimisrum Soror Adelhaidis Coniux Henrici I Duci Boioariae, et Imper. Ottonis I fratri.

stipendio edendi & bibendi procurent. (h) et ex eis. XII. vestiant in uno anno laneis vestimentis et in altero anno laneis induant & caligas calciamen- taque prebeant. Si autem aliquis successor meus antistes hanc placitationem irrumpere temptauerit, & predictam proprietatem canonicis auferendo in suam utilitatem aliquo modo redigere conatus fuerit. & ista ratione comperta statim eis non restituerit. Heredes mei legitimi liberam hanc habeant potestatem tres ponere super altare denarios aureos et eandem proprietatem inde redimere. Et in jus proprium possidere. omnibus in futurum generationibus. Actum est autem anno dominice incarnationis DCCCC. LXXXII. temporibus Ottonis imperatoris tertii

b) Eiusmodi Pauperum cura, et Eleemosyna publica etiam Babonidum Sepulcra Abensbergae mea etiamnum aetate in more posita erat in memoriam Babonis Patris XXX filiorum.

Wiguleus Hundius, Scriptor Metrop. Salisburg. et Stemmatographiae Nobilitatis Boicae, erat Praepositus Praepositurae Gisenbusanae, id quod ipse Hundius refert in Tom. III, Stemmatologiae, nondum editae; seculo denique XVII aut XVIII Ecclesia augustana hanc proprietatem vendidit Ecclesiae Collegiarae SS. Martini et Castuli Landishutae, excepto singulis annis tributo ex Parochia Holzhausen, cuius hae sunt filiales: Termarskirchen vulgo Deinmarskirchen proxime Gesehausen, Harbach, Tatendorf, Filsfolle, — et olim, teste Codice frisingensi Wolfsbach prope Wolfsstein ad Isaram, Albinchoua, Guntwihehus prope Kapfing, Filsheim et Altenfraunhonen, nunc Gundelhusen dictum

Extant hac de donatione in Meichelsb. T. I p. II p. 511, 512 Num. MCGXX sub an. 1040 Epi Frising Nitkeri et Eberhardi Epi angustani altercationes pro decimatione de Gisinhufen, quorum testes hunc comitatum illustrare possunt; dicitur enim in vetustis diplomatis Veldero-Marcia. Monasterium etiam S. Emmerami ibidem in Eberspoint grandes aquisiuit ditiones, et Monasterium in Chiemsee proxime Fraunhouen — Confer p. 429, et P. I p. 334 Litro de finibus Ecclesiae Termarskirchen 1157 inter Ottonem I Epum Frising. et Hartwicum Epum Ratisp.

tercii in Augusta in ecclesia sancte dei genitricis Mariae ante altare. Heinrico episcopo perpetrante, in presentia canonorum, in frequentia populi, & coram testibus subnotatis. Signatus Etich qui hanc traditionem fecit: Adalbero. Jagob. Marcwart. Willehalm. Hunfrid. Engilmar. Wezzi. Pilegrim. Gundacher. Kadolt. isti de prouincia Alamanorum. isti autem de prouincia Noticorum. (*) Signatus Werinhere aduocatus qui hanc traditionem cum manu Gerhardi prepositi accepit. Hiltbolt. Gotebolt. Reginhart. Suigger. Aribon. Kolf, & ali i multi hoc videntes & audientes.

Traditio p̄aedii Straubing, a Brunone Episcopo Auguſtenſi Canoniciſ majoriſ Eccleſiae Auguſteniſ dele-gati, eiusque fata. 1029. 1091. 1101. Ex apogra-pho Seculi XII. intrantis.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS. Noterint omnes fideles tam futuri quam presentes, qualiter Bruno Auguſteniſ epſc. (*) germanus Heinrici glorioſi imperatoris primi, (a) pater venerandus paſtorque piissimus, fratribus Auguſteniū necessitatibus paterna liberalitate deuotissime consulens. Ratipone morte preuentus, & egref-

(*) Differt notitia haec ab illa vitae S. Vdalici inserta, vbi: Iſti de prouincia Noticorum, isti de prouincia Alamanorum; quae lectio probanda videtur, cum Werinher aduocatus, comes Suabecensis vtique prouinciae Alamanorum adnumerandus fit.

(b) Bruno Epus filius Henrici II Boiorum Ducis, et frater S. Henrici II Imp. cuius memoria in necrologio Canoniae S. Petri Monast. celebratur.

(a) Ideo heic primus dicitur, quia Rex Henricus I Auceps Imperii Coronam non accepit a S. P. Henricus etiam IV Imp. saepe III nuncupatur, quia a Clemente III, intraſo P. M. Coronatus est 1084.

egressum vite ibi expectans. sero remedio anime sue premium Strubingan (b) cum omnibus ad eandem possessionem pertinentibus cognato suo Ovdscalcho de Elisendorf (c) Kovnrado gloriofissimo imperatore presente. & manu sua eandem traditionem affirmante fideliter delegauit. idque constituit. vt eandem proprietatem Augustensis ecclesiae canonicis in perpetuum stipendii vsum ad altare sanctae Mariae stabili & inconnusa traditione donaret. Postea vero defuncto bone memorie episcopo simulque Augustam deportato. prefatus Ovdscalchus presente funere sicut rogatus fuerat ad altare Sancte Mariae fratribus ibidem deo seruientibus in perpetuo mansurum stipendii vsum in manum Dieterici decani. & in manum Manegoldi aduocati (d) legitima donatione stabililuit. ita vt nihil inde exciperet. vt ipsi pro animae eius requie cottidie psalmum de profundis decantare non desistant. & in anniuersario die omnes pariter ad sepulchrum eius progredientes vigiliam expleant. & celebrata missa altaris hostie oblationem in commune deo offerant. centumque pauperibus simul etiam scolaribus competentem victimum amministrare studeant. Donauit etenim fratribus premium ex integro cum manciis. aecclisiis. aedificiis. vicis. agris. pratis. pascuis. molendinis. viis & inuiis. ciuitatibus. filuis. tonsis & intonsis. cultis & incultis. cum theloneo & pescatoribus ac nauali censu. & cum sale in Halle & cum omnibus quefitis

&

-
- b) Straubinga ad Danubium, quo in fundo Ludouicus, Dux Bavariae Sec XIII ineunte Vrbem condidit.
 c) Vdaliscalcus de Elisendorf cognatus Brunonis Epi 1029, et Henrici II Imp. vnde? Idem etiam atque etiam cum Comitibus Schirensibus testatur. Vide obseruationes meas.
 d) Mangoldus aduocatus de Merde (Donauwerde)

& adhuc inquirendis Actum est autem anno dominice incarnationis. Millo XX. VIII. indictione. XII. in ciuitate Augusta. in ecclesia sanctae dei genitricis. in presentia canonicorum. tempore Konradi gloriofi imperatoris coram testibus subnotatis. Ovdaischalch qui hanc traditionem fecit. Manegolt aduocatus qui eandem delegationem cum manu Deterici decani sucepit. Perhtolt de Holzhaim (f) cum suis militibus. Babo comes (g) cum suis militibus. Engilpreht de Sitenbach (h) cum suis militibus. Richere. Reginhart. Ovdalhart. Reginpreht & alii multi. Iti sunt homines cum quibus predium Stubingan ad usum & annonam canonicorum traditum est ad altare sanctae Mariae. Luitpreht diaconus. Sahso clericus. Gozzenrich. Gozzerat. Pezeman. Rovdepreht. laici ex familia eiusdem supradicti predii. si quis vero hanc traditionem irrumpere temptauerit. nunquam dei iudicium euadere poterit.

Hec quidem & alia quam plurima canonicorum predia ab episcopis eius successoribus violenter sub tracta a Sigifrido secundo (i) bone memorie episcopo pro violentia quam ipse fecerat exemplo antecedentium suorum veniam ab eis humiliter postulante atque pro reconciliatione a singulis pacis signum implorante in canonicorum capitolio fuit restituta.

Anno

-
- g) Babo Comes aut noster Schierenfis aut de Marchbach ad Glanam.
 h) Engilbrecht de Sittenbach, Parochia ad Glanam proxime Marchbach et Cholapach confer testes in Meichelb. Tom. I P. II p. 489 Num. MCLXIV; Peraholt, Gerolt, Papo item Papo — in tradit. Cuntpirgas nobilis feminae sub Egilberto Epo frisi,
 (i) de Dornberge.

Anno dominice incarnationis M. LXXX. i. Ac
deinde a successore eius Herimanno episcopo (k)
absque omni exceptione reiterata. anno. M.
C. i. sub testimonio clericorum atque laicorum
fidelium.

*Notitia de restitutis per Herimannum episcopum Ca-
nonicis Ecclesiae majoris Augustensis praediis Strau-
bing & Geisenhausen. 14. Januarii 1104. Ex apo-
grapho coenuo vel suppari.*

IN NOMINE DEI SVMMI. Noverit omnium
fidelium tam futurorum quam presentium providen-
tia. qualiter Augustenis aecclesiae canonici diuera-
sis necessitatibus circumuenti. pro recuperando sta-
tu & Honore sui claustr. simul & pro obtinen-
da juris sui libertate ad regis curiam Ratispone ha-
bitam legatos suos scilicet Kovnradum & Walthe-
rum boni testimonii fratres communi confilio dire-
xerint. & ipsi postea superuenientes ad comprobana-
da huiuscemodi legationis verba imperatori omni-
busque episcopis ibidem congregatis in perturba-
tione sui claustr & in aliis rerum suarum detri-
mentis que & quanta passi sint lamentando notifica-
uerint. idque imperatoris ipsius fatigente clemen-
tia. precipue autem fauente Wirziburgensis episco-
pi Emehardi probabili testimonio. nec non omni-
um episcoporum qui aderant habita de huiusmodi
sententia clementer adimpetraverint quod episcopus
Herimannus non coactus sed quasi fraterna caritate
admonitus in presentia Heinrici imperatoris tertii.
Regis vero quarti. (*) episcoporum quidem judicio
nec

(k) vterque intrusus Epus ab Henrico IV Rege.

(*) Ecce acta quaedam celebrium illorum Imperii Comiti-
orum, Ratisponae an. 1104 habitorum, quibus duranti-
bus, interfecto Sigelardo Comite de Burghusen, ex ge-

nec non omnium qui aderant testimonio, bona que-
que siue ab ipso siue ab antecessoribus suis violenter
subtracta hisdem fratribus in jus proprium restituit
& vt eadem restitutio firma & inconuulsa perma-
neret. Purchardo monasteriense episcopo verba
predictante nominatim Strubingen et Gisenhusen
cum omnibus tam ad oblationem quam ad stipendiu-
m eorum pertinentibus eisdem fratribus legitima
traditione stabiliuit. Isti sunt episcopi quorum ju-
dicio & auctoritate id comprobatum est, videlicet
Bruno treuirensis archiepiscopus. Fridericus colo-
niensis archiepiscopus. Perhtoldus Salzburgensis
electus (**). Emehardus wirziburgensis episcops.
Otto babenbergensis electus. Johannes spirensis epi-
scopus. Purchardus monasteriensis episcopus. Utto
hiltinensis episcopus. Witelo mindinensis episco-
pus. Eberhardus aifstatensis electus. Heinricus fri-
singensis episcopus. Adalbero tridentinus episcopus.
Ovdalricus augiensis abbas. Babo abbas de S. Em-
meramo. (***) Preterea Erlunc cancellarius cum
magna multitudine clericorum. Isti sunt augsten-
ses

nere Comitum Seonensium Palatinorum, Henrici IV
Imp. exautoratio, amicorumque eius defactio, Dietpoldi
Marchionis Vogaburgensis potissimum machinatione, et
Henrici V in patrem nefaria rebellione subornata est.

(**) Frater Burchardi Comitis Mosburgensis, cui deposito
1106 succedit Conradus I Comes Abinbergensis, Babo-
nis nepos.

(***) Babonem hunc Abbatem ipsum Maufoleum Emmera-
mense nescit; secutus est Rupertum Abbatem C. 1094
vita funerum, haut dubie inter Henrici IV Imp. amicos
cum Gebehardo IV et Vdalrico Epis Ratisp. recensen-
dus, cuius fata et Babonem manserunt; evanuit enim
teste Rom. Zirngibl, qui primus Babonis eiusdem Ab-
batis memoriam, ex Monum. Emmeram. produxit sub
an. 1106. Sieh dessen Abh. über den Erenptionsvorschlag
des Gotteshauses St. Emmeram mit dem Hochstift Res-
ensburg vna J. 994 — 1325. München in akademi-
schen Verlage 1803. gr. 8.

ses canonici, ex parte totius congregationis ad curiam imperatoris missi, Sizo. Emehart. Witolt. Rudolf. Kovnrat. Sigeboto. Titto. Gunther. Liutpolt. Lanzo. Pucco. Pillunc. Heriman. Heinrich. Walther. Otto. Werinhure. Ibi sunt laici qui viderunt et audierunt. Dux Welf & frater eius Heinrich. Periger de Sulzbach. Sigehart. & frater eius Friderich de Tengelingen, (†) Otto de Diezzen. Adalpreht de Alechingen. Wicpreht & filius eius de Saxonia. Werinhure de Vresprech. Heinrich de Scōunburch. Heriman de Ratelenberga. Gerloch de Orth. Arnolt de Goltbach. Folemar dapifer imperatoris. Gundekar & Erchenbolt camerarii imperatoris. & alii plures. Actum est anno dominice incarnationis. Mill. C. III. Indict. II. in civitate Ratispona. XVIII. Kl. Febr; tempore Heinrici imperatoris tertii. regis vero quarti. (††)

*Concensib; S. Heinrici II Imp. cum Benedicto VIII
Pont. Max. 1018 una cum Sigillo illaeſo ex
autogr. nondum edito.*

C In nomine ſceae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus; Nouerit omnium ſceae Diacliae nriqu fidelium tam praefens aetas quam successura

(†) Testes eiusdem Chartae pro Annalibus Boieis sunt maximi momenti, quos inter etiam teltantur Sigehart Comes de Burgufen paulo post Crudeli nece interfecitus, et frater eius Friderich de Tengelingen, Sator Dominorum de Torringen ad Tahensee, cuius genus etiam nro nostra in Patria inter Optimates vna cum Comitibus de Prisingen, Ortenburg, et Dynaſtis de Fraunhuen, Fraunberg, Seiboltesdorf, et Sandicelle &c. foret.

(††) Occurrit eadem notitia, sed in vernaculam duntaxat translata, in Illustris Jo. Georgii de Lori Geschichte des Lechrains Vol. II,

successura posteritas. qualiter nos apostolici patris ordinatoresque nrae BENEDicti petitione in ipsa ordinationis nrae die qddam concambium apud suam scam romanam aeclam pari consilio utrobique Collaudauimus. Donantes igitur sciae prefate aecle in honore aplorum PETRI ET PAVli construc-te qddam nri iuris pdium TERMA dictum in du-catu spoletano, & in comitatu nornensi situm. Contra tale preedium quale scs PETRVS habuit in loco ANTINA dicto. in pago (*) & in comitatu ARNOLfi comitis. cum omnibus eius pertinentiis. videlicet seruis & ancillis. terris cultis & incultis. campis. filvis. uenationibus. aquis. aquarumque de-cursibus. punctionibus. molendinis. pascuis. Uii. iniuiis. exitibus. & redditibus. quæsitis uel inquirendis rebus mobilibus & immobilibus. & omnibus que quoquomodo iure nominari aut scribi possant utilitatibus. eo videlicet tenore commutationis. quantius idem praescriptas Sci PETRJ Uicarius. eiusque successores. idem praedium TERMA dictum habeant. teneant. & ad usum sciae Romanae Aeclae firmiter possideant. de contra uero dato praedio ANTJSJNA. & eius pertinentiis se ulterius non intermittant. Jgitur fidelium nrorum communi con-sensu firmato concambio. nouerit omnium di nri-que fidelium uniuersitas. qualiter tam pro Senioris & antecessoribus nri OTTONIS scilicet tercii impe-ratoris. quam pro nro parentumque nrorum reme-dio. eundem sepe dictum locum ad stipendum Canonicorum in Coenobio Sci PETRJ scique GEORGI BABENBERC degentium per hanc impe-rialem

(*) Relatum est a Scriba non nihil Spatii. nomen pagi Subplendi causa. Quis autem fuerit ille Arnolhus Comes meis in Obseruationibus inquiram.

rialem nrae traditionis paginam concedimus. dona-
mus. atque proprietamus. cum omnibus eius perti-
nentiis & utilitatibus omnium contradictione re-
mota. Precipientes igitur ut neque imperator. ne-
que Dux. neque episcopus neque comes. neque
magna uel parua persona. caros in Xpo Babenber-
genses fratres nos in praefato praedio inquietare.
molestare. disuestire. siue eundem locum commutare
nisi communis fratum consilio presumat. Siquis
uero hanc nrae dominationis paginam uiolare qd
absit presumat. cum iuda traditore indigestibilis bucc-
celae gustum sumat. atque tormento inextinguibili
poena perpetualliter luat. Quod ne fiat. sed haec
nra traditio stabilis & inconuulsa nunc & in futu-
rum permaneat. hanc paginam inde conscriptam
manu ppria roborantes. Sigilli nri impressione in-
signiri iussimus.

Signum Domi-
ni Heinrici
Romanorum



inictissimi
Imperatoris
Augusti;
Locus Sigilli
membranae
inferti.

Guntherius cancell. vice Ercanbaldi Archicapeli-
lani recognou. data (**). Iudic. I. a Anno dñicae
incarnat.

(**) Heic etiam in autographo Spatia ad subplendum Men-
nis diem. et Locum. vbi haec acta. relicta sunt. Mul-
tiplex ratio me monet. vt crebriores Loci Antissinae.
ataque ad hunc pertinentium Villarum Commutationes.
Dominosque Luchlentius enumerem. Meminit in primis
Cellae Antissinae ad amnum Antesen. qui supra Monaste-
rium Suben Oeno flumine miscentur. testeque Cl. Lipows-
ky. pars est Veteris pagi Matageouue proxime Antis-

incarnat. Mll. XVIII. Anno vero domini Heinrici Sedi regn. XVII. Imperii au. IIII. Actum . . . *

Litterae

houen, Münster, Potenhouen infra Monasterium Reichenberg sub an. 840 Diploma Regis Ludouici II, quam Vna cum Villa Ingoldeftar Gozbaldo Coenobii Altaiae inferioris Abbati, eidemque Wirceburgensi Episcopo dono dedit. (M. B. Vol. XI p. III. B. Abh. VII Band p. 255. 257.) nec dubito, quin ibidem p. 15 Lettio Cellae Antefanae pro Antefanae sit mendosa, quam Cotto reclusus tradidit per Comeatum Hiltrude (Taillonis II Dicis matris) sub an. 754. Ab Hungaria Sec. X Celiam Antifinam, quemadmodum Cellas Gars, Aune, Rotam, aliasque Vaftatam puto, eique in Loco Münster, aut, si malis, in Auroltmünster sui superesse nominis vmbram.

Rex Otto I an. 953 confirmauit Heroldo AEpo Salisburgensi praedia WInherigam, Antefinam, et Wolinbach, ab Agapito II summo Pontifice Heroldo eo pacto tradita, vt singulis annis tres argenti Libras Romanas transmitteret, (Kleinmaieri Cod. dipl. Juuauiensis p. 179.)

Eiusdem Loci Antifinae memoria recurrit an. 984 sub Joanne XIV P. M. et Friderico Juuauensi AEpo, imperante Ottone III. (Ibid. p. 209) nec non sub Joanne XV S. P. et Hartwico AEpo Juuau. an. 993. (ibid. p. 212.)

Aliud eiusdem Argumenti integrum, omnibusque numeris absolutum et nostro diplomati, excepta Arnolfi Comitis memoria, contentaneum Diploma edendum curavit M. H. Schubert, Decanus Babenbergenlis in suen Nachträgen zum historischen Versuch über die geistliche und weltliche Stqats- und Gerichtsverfassung des Hochstifts Babenberg in der XVten Beilage, in quo haec anno 8 continentur: „in Loco Winheringen dicto, in pago Hisninggoue, (Tengau) et in Comitatu Chadalohhi Comitis cum his Locis Antifna et Wolinbach dictis, et cum omnibus eorum pertinentiis et utilitatibus — auctum Megonciae data VI Idus Febr. Indict. I anno dominice Incarnat. M. XVIII Imperii (Henrici II) IV.

Hundius in Metrop. Salisb. edit. Monacensi p. 803 in actis Perengeri Episcopi Patauiensis ab an. 1013 — 1045 (fratrem Pabonis Comitis fuisse alibi monstrauit) haec resert: „Sedit in vrbe Patauiensi, quae ab Arnaldo Schirensi iterum occupata erat annis XXXIII; — eo tempore Henricus II Imper. Patauiensi Ecclesiae ab. Italiis legitur Comitatum ab Iltz, fluiolo Bohemico

*Litterae fundationis Monasterii Banzenfis 1069 et
1071, ex apographo ap. Hundium in Stemmatologia P. I. pag. ultima.*

In nomine S. et indiuiduae Trinitatis, Sciat
et cognoscat sancta et vniuersalis Ecclesia, qualiter
ego

ad Regem annem usque omnem ducentosque Mansos ex
Austrauiano Coenobio ad Babenbergensem recenter a
te fundatum Episcopatum illustrandum et ditandum, pro
quo Comitaci reddidit Episcopatu[m] medietatem Ciuitatis
Patauientis ab Arnolfo Bauarorum Duce prius ablamat.⁴⁴

Ego Arnulfum Comitem Diplomaticis nostri Satorem
Comitum de Welsa et Lambach, patremque alius Ar-
nolfi, et Adalberonis Episcopi Wireburgensis, tempore
Henrici IV Regis Celeberrimi fuisse existimo; Origines
autem eius nemo adhuc exploravit. Sunt, qui eas
ad Comites Voheburgenses, Schirensesque referunt.

Podem tempore Henricus II Imp. donata Romanae
Sedi a Pipino, et Imperatoribus rata esse an. 1014 iu-
bet. Idem Babenbergam Benedicto VIII P. M. donat;
moxque eius Loco Benenentum restituit an. 1019.

Antisina Ecclesia Domini Wernheri ad S. Martinum
dedicata est ab Udalrico Patauensi Epo IV Mon. Mar-
tii an. 1116, Domino Berwino adhuc Praeposituram
Richersbergensis Ecclesie procurante. Hund. Metr. Sa-
list. p. 70.

Praepositurae Babenbergensis Winheringae proxime
Ostia Manea, in Genum elabentis, et Oetingam Vrhem,
cu[m] praedicta diplomata vna cum Antisina et Wolin-
bach meminerunt. Successu temporis administratores erant
Wilhelmus de Fraunhouen de Frauenstein et Eringen
1400, Vitus de Rorbach 1540, Georgius de Gumpen-
berg 1542 designe Vitus de Törringen 1563.

Riusmodi feoda, annuas pensiones et ius aduocatiae
praetendebat etiam Episcopatus Babenbergensis de Mo-
nasterio Asbach iuxta flumen Rotam ad ditionem Fran-
enstein et Eringen pertinente (quo in loco Babonidas
rerum potentes monstrauimus) sed renuebant tempore
reformationis in Germania Principes nostri Wilhelmus
et Ludouicus Dukes Extant hac de re in Archiu[m] docu-
menta. Hundius c. L. p. 188.

Summi Momenti sunt ditiones Schirensium Comitum
in veteri Boaria; quae ex dote, Episcopatu[m] Baben-
bergensi ab Henrico II Rege an. 1007 impertita, erui,
illustrarie possunt. Extant hac de re quam plurima
diplomata, nondum a nostrisibus perpensa, in Codd.

ego Hermannus Marchio, (a) et vxor mea Alberad comitissa (b) pro aeterna iugiter meditantes retributio ne in Banzensi castro principali, videlicet loco ditionis nostrae Domum domino ereximus in honore B. Petri Apostoli, et preciosi Martyris Dionisii, ut in ea Domino monasticis disciplinis perpetuo seruatur. Et nostra, nostrorumque memoria immortalis habeatur. Ad hunc ergo locum Mugburgum cum omnibus pertinentiis suis, mobilibus et immobilibus, villis, filiis, pratis, areolis, pascuis, viis, inuiis, exibitus, et redditibus et molendinis, et totum Banzgau, quicquid inter Jresom et Meyn situm est,

omnemque

Babenbergensibus; ex quibus aliquas duntaxat Notitias obiter refert Auentinus in Libro V Annal. Boic. p. 510 ad an. 1007: „Cesar (Henricus II Imp.) reddita pace Germaniae, Galliae, Italiae, quod Liberis careret, in Castello, oppidoque suo Bambergia aedem Pontificiam facrat, D. Benedicti consecraneis templum extruit; pleraque praedia, Vicos, Sylvas, Castella, arces, Oppida Austriae, Boariae, Charinorum, Styriorum, Liberniae, Noricorum, Breonum (scuti altis Pontificibus Boiorum Reginoburgensi, Juauiensi, Fruxinensi, Sabonenfi, Balhauensi) Babenbergensibus quoque Mytis pererno donat, quae adhuc possident. His quoque Abudiacum (Ahachium) incunabula sua addicit, arcemque ne a regulis Boiorum occuparetur, so-o aequat. Insuper patrimonium suum, dotem Chunegundae, (*) Babenbergensibus destinat Sacerdotibus; Eberhardum eius viris Episcopum legit, a ditione aliorum Archimystaram foluit, ut soli romano Episcopo pareat, lege sancit. Benedictus VIII Pont. Max. euocatus, in Boiarium pergit, Bimbergensem aedem dedicat, confirmat diplomate immunitatem a Caesare datam.“ Vberimum harum Notiarum usum Lector in Observacionum mearum Contexione animaduertet.

- (*) Partem dotis Chunegundae Reginae nouimus ex Charta Brisigeni ap. Meichell. T. i P. I p. 219 sub an. 1025.
- a) Praecl. Christiano Friderico Pfesselio teste, meaque opinione frater Wolframi I Comitis de Abinberg, vterque filius Babonis Patris XXX filiorum Ubb. der B. Academie der Missch. II Band Tab. ad p. 72.
- b) Seu Bertha, filia Ottonis Marchionis de Sennordie, haeres ditionum Nortgauienium et Orientalis Franciae.

omnemque Dominicatum nostrum in terminis illis communis voto firma traditione delegamus. Decimas quoque de suburbanis nostris noualibus, et vineis, dominicales quoque capellas nostras Mugburgk, et Aßfaltern cum dotibus, decimis et terminis suis, sicut ab antiquo possedimus, perpetuo iure ipsi Ecclesiae tradidimus. Astipulante et corroborante Domino meo Adelberone venerabili sanctae Wirzeburgensis Ecclesiae Episcopo, (c) eo tempore, quo eo agente, et suscipiente delegauimus ad reliquias S. Kiliani Martyris Praeposituram Heydenfeld cum pertinentiis suis, Anno dominicae incarnationis Millefimo sexagesimo nono, indictione septima, regnante Henrico quarto, Romanorum Imperatore, sic datanam et fundatam Ecclesiam illam, communicato cum Ministerialibus, et fidelibus nostris consilio, B. Petro, Principi Apostolorum in Babenberg cum omnibus praediis suis delegauimus, praesente et agente, suscipiente et confirmante Hermanno, eiusdem sedis Episcopo. (d)

Tradidimus autem seorsum extra Abbatiam in usum Episcopi, et successorum eius Steckilleze et Grodose cum pertinentiis suis decimis et terminis suis. Et forestum ad Banza pertinentem, permanente tamen Abbatii eiusdem Loci, eiusque familiae in eodem Foresto cedendi, et pascendi libera potestate. Ministeriales quoque nostros, exceptis paucis cum omnibus praediis et beneficiis suis, ubique potitis, eidem Ecclesiae delegauimus, eo pacto, ut

cum

e) Comes de Wels et Lambach, Arnoldi filius ac Godefridi Comitis de Putena frater, Henrici IV Regis aduersarius accerrimus.

(d) Comes de Formbach et Neuburg ad Oenum, Henrici IV strenuus miles, 1075.

eum primis et optimis eius Ministerialibus iuris et dignitatis habeant consortium. (e) His omnibus hanc firmissime conditionem subiunximus, ut praescripta bona, dum viuimus in nostra prouisione et potestate permaneant; nobis autem defunctis, legitimus haeres noster advocationem eorum suscipiat. Episcopus autem Babenberensis ipsum locum singulari gratia diligit, sublimet, et exornet. De bonis autem ei delegatis, vel in usum suum separatis, nulli beneficium concedat, et nihil eorum immunitat, sed in stipendum fratum, Deo inibi seruientium, infra unum centum mansos adiiciat. Quod si, tempore peruvoluto, aliquis Episcoporum, mutata voluntate, hoc nostrae conscriptionis pactum infringere, mutare, et ad nihilare voluerit, proximus consanguineus noster, vel nostrae possessionis legitimus haeres unum solidum ad altare B. Petri perfoluat, et omnia praescripta bona in suam contrahat potestatem. Ecclesia autem nostra sit libera et immunis a pensione Soldarii, et ab actione totius Seruitutis, quia haec est voluntas nostra in Christo, ut de redditibus ipsi soli seruiatur. Et in ea illi seruientes opportuna pace et diurna quiete perfruantur. Et huius causae testes sunt Popo Praepositus, Lindo Decanus, Meginhardus Scholasticus, Herdroicus Thesaurarius, Reginpold Archipresbyter, Popo Archipresbyter, Adelo, Gosprecht, Esso Presbyter, et alii Canonici. De Lais vero Eberhart comes, (f) Burckhart comes, Henrich,

(e) Erant nimirum Hiltescalei, eorumque Coniuges et filiae Hiltediuae. Vide Cod. Tradit. Canoniae S. Petri Monast. p. 3.

(f) Haut dubie Eberhardus I de Razenhoven, gener Burgarti, Comitis de Mosaburga vna cum sororio Burgharto comite, reliquisque cum fratribus et agnatis et cognatis;

rich, Gebhart, comites de Sulzbach, Gesowin comes, Stercer comes, (g) Reginboho comes, Wolfram comes, et frater eius Otto de Abnberg, (h) Tietmar comes de Tetenuam, Tiemar, Gubrecht, Ebo, Eppo, Gerwick, Herolt, Otto, Timo, Tegino ingenui testes per aurem tracti. Fridrich, Poto, Erbo, Poppo, Herman, Limprecht, et alii. Et haec gesta sunt, Anno dominicae incarnationis Millesimo Septuagimo primo, indictione nona, regnante Henrico quarto, Romanorum Imperatore, feliciter.

Catalogus Ditionum in Principatu Chunonis comitis palatini voheburgensis, ac restauratoris monasterii rotae ad oenum fluvium 1073 — 1081 ex apographo Michelbeckii in his frisingensi Tom. I P. I p. 264. confer cum exemplari in M. B. vol. I p. 353 N. III.

Hundii apographum in metrop. Salisb.

decurtatum erroribus scatet.

Hainricus diuina fauente clementia quartus Romanorum Imperator (a) Augustus. Regalis dignitas, et imperialis Majestas ad hoc diuinitus ordinata est, vt superborum temeritatem comprimat, (b) fidelium

neminem, nisi Chunonem Comitem Palatinum desidero,
vt et eundem Babonis confidentius adnumerare possem,

(g) Fortasse idem ac Starchant.

(h) Wolframus Comes et frater eius Otto de Abinberg,
Pater et Patrius Conradi I AEpi Salisburg. atque, hoc
teste, vterque filius Babonis Patris XXX filiorum, ac
Signiferi in bello Boiohemico vna cum Ottone Comite
de Sutinorde 1040.

(a) Apocryphae istae, Hirco - Ceruo aut Vulp - Ansri non
ab similes, Litterae fundationis multis haec tenus Litera-
lis imposuerunt; merae enim inepti Compilatoriis Noti-
tiae sunt ex variis diplomatis, Bullisque, diuersis tem-
poribus exaratis, in quibus Henricus IV modo Rex,
modo Imperator nuncupatur. Henricus IV autem Rex
non ante Imperatoris nomine suis in diplomatis usus
est, quam an. 1084, quo a Wicberto, seu Clemente
III, Pont. Max. imperiale Romae Coronam accepit

(b) Exordium earundem Litterarum discordiarum, turbarum
que in Germaniae imperio,

fidelium vero deuotionem maximeque Deo famulantium humilitatem pia deuotione muniat. Ideo fidelis nostri cononis palatini memoriam (c) post-
ris scripto transmittimus, quia Detum et sanctum Petrum omnium rerum suarum haeredem reliquit. Habuit enim duos liberos, quibus substantiam suam diuisit, Cononem scilicet et Irmogardam, (d) quae cum marito traderetur, portionem sibi debitam accepit, (e) et de parte reliqua omnem columniam legitime refutauit. Deinde filius quoque duxit vxorem, (f) celebratisque nuptiis, cum multi conue-
nissent, inierunt consilium parentes cum filio et nuru sua, ne in die bonorum inmemores essent malorum, ut vt illi qui omnia dedit, aliqua tribuerent. Conuenerunt ergo in hoc, vt in loco et fundo, qui dicitur Rota, quem praeterfluit Oenus fluuius, qui est in comitatu Arnolfi comitis, (g) monasterium construerent, ibique Monachos, Deo famulantes, aggregarent. Placuit hoc filio, placuit Nurui, simulque tradiderunt Deo et sanctis eius, quidquid in regno nostro posseide-
runt, si absque Liberis obirent. Nurus quoque do-
tem, quam ex Marito acceperat, Monasterio in le-
gitimam possessionem tradidit cum omni patrimonio,
quod in Lotharingia (h) possederat, si ex eodem
Marito Conone liberos non generaret. Euolutis
autem aliquot diebus filius ad seruitium nostrum

vocatus

c) probataeque Chunonis Comitis Palatini fidei sub ag.
1084 meminit.

d) Coniugem Chunonis Comitis de Medelingen.

e) Dos paterna eidem obtigit in Pertholdesgaden, vbi fon-
dauit Monasterium, et Manlio apud Wisinwank &c.

f) Elisabetha Lotharingica.

g) Aut Arnulfus Comes Vogaburgensis, aut Diezzenis aut
Schirensis; coeui enim sunt.

h) Credo, Elisabetham alteri marito Rapotoni Comiti ad-
tulisse portionem suam paternam in Lotharingia.

vocatus in bello cecidit, (i) et sic omnis haereditas ad Monasterii ius, cui traditum fuerat, rediit. Orbatus vero Pater tota mente ad Detim conuertitur, sublatoque corpore Filii, et assumta Nuru, quae fine prole remanserat ad monasterium properat, exequias celebrat, celebratisque exequiis, traditionem reneuat. (k) Dat sotter haereditatem, Nurus dotem, non condicione, ut prius, sed perfecte Deo, et sanctis eius in perpetuum. Offeruntur viri militares, qui dicuntur ministeriales cum praediis et possessionibus suis, quos domi, forisque custodes laterris habebat, quibus etiam iura statuit, ut monasterii gloriam teneant, et Abbatibus, libere ac regulariter substituendis, honesto Loco, gradu, et ordine deserviant. Traduntur familiae diuersi sexus et aetatis, quibus etiam tertiam partem servitii sui relaxauit; (l) hisque dispositis, conditionem consumat, et praedia notata inferius Deo et fratribus, regulariter viuentibus, confert. Rota, in quo est monasterium cum Ecclesiis, terminis, et appendiciis suis. In Parochia Ehmeringen (m) XXX mansos cum parte Ecclesiae decimis, terminis et appendiciis suis Bberstetten, (n) Ottingen, Afke, Naivara cum Ecclesia decimis et appendiciis suis. Herigolteshusen (p) cum Ecclesia, decimis terminis et appendiciis suis. Volkmarstorf cum vineis

i) † IV Id Aug. 1081 ad Höchstet propter Danubium
k) Ecce alteram traditionem factam 1081, prima facta erat

1073

b) Super! quanta erat vetetum Principum in subditos suos Clementia et misericordia!

m) Ehmeringen proxime Ebersberg.

n) Fortasse Fastetten proxime Oppidum Schwaben

p) Herigolteshusen et Volkmarstorf prope Mosaburgam, quibus addit Codex Tegernseensis Frikendorf, Münchham et Sezbach.

vineis et agris vinitorum. Rota, quod adiacet Glone flumini (q) cum Ecclesia, decimis, terminis et appendiciis suis. Harde^e (r) Bruntal, Helpendorf, Torinhuseu, Warte, Veristetten, Wachreine (s) Ourholz, Walhese, Choletal, Billersee (t) per totum cum Ecclesia, decimis, terminis et appendiciis suis, in Luichental (u) Stegen, Wifinwanch, Criescanowe, Grantowe, Barne, et quidqnid a Stricken usque ad Jochberg habuerat, praeter vnam mansionem apud Wifinwanck, quam filiae ad pernoctandum tradiderat, cum de Loco ad locum transiret. Apud Halle patellam Salis et locum patellae. (x) In Stubeia (y) duos mansos, in Wibetal (z) stabularem curiam. Ad Valles in monte, qui dicitur Ritino, (aa) quinque mansos, ad Suffau in Poscen (bb) curiam et vineas; in Carinthia castrum, quod dicitur Vrsen, et circa castrum Sexaginta mansos. Juxta Moram fluuim flachsaha, Juxta Liesnichen Meizenstein. In Marchia iuxta Rabam fluuium Chuniberge cum terminis et appendicis

-
- q) Rota superior et inferior prope Glonam flumen ad Petersberg et Vsenhouen supra Monast. Understorf, est etiam riulus Gloni, qui in Mangualdam exit.
 r) Forsan Steinhart Helfendorf prope Grube in Praefectura Aiblingen.
 s) Wagrain prope Salzaham in regione Salisburg.
 t) Billersee sub alpibus prope vrhem Lofer.
 u) Leuktental et Jochberg prope Kitzbühl, vbi et Haziga Schitensis agri diues erat.
 x) Reichenhalle.
 y) Stubeia in Tiroli prope Wippental Superius.
 z) Wibetal Superius, in quo Matreia, et inferius Oeni pontem inter, et Brixentalam.
 aa) Ritino forsan Riffen prope Bozen.
 bb) Suffau in Poscen Bozen.

dicis. In Oriente Breitenwe, Suarzoaha, (cc) Lui-prandesdorf, Snozindorf, Hedericheswerde. Juxta Danubium versus Hungariam Viskahegemunde, (dd) Chribinuzbwoanc cum terminis et appendiciis suis. In Tongowe (Donaugau) curiam. Ad Gruninbach sex vineas ad Huriperch; cum vineis agris vinitorum. Ultra Chambe Choßtingen, et Reswerten-gen (ee) cum Ecclesia, decimatione, Thelonio, terminis et appendiciis suis. Juxta fluuum, qui dicitur Naba, (ff) Vndechestorf. Curiam suam Ratispone iuxta sanctum Casianum cum atrio per circuitum, et aedificiis. In suevia villam, quae dicitur Eßlingen. (gg) Haec omnia cum omni iure tradidit cum areis et aedificiis, agris, agris, campis, pratis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, filiis, venationibus, sectione, saginatio-ne, et quae habentur, et haberi possunt, in legitima possessione rotensis monasterii, de quibus etiam Nurus sua Elisabeth statim monasterium inuestiuit, et postea in Beneficium accepit. His ergo hofen

cc) Suarzaha intrans Leitam fluuum.

dd) Viskagemunde Fischament ad Danubium infra Vien-nam, Austriae inferioris Metropolim prope Petronel-lam, ibidem 900 potens Luitpoldus, Comitum Schiren-ium Sator; e regione Danubii sunt Saxengang, Zunti-nesprunka, Oita Hart, Entisdorf (vulgo Enzerstorff) et Luitpoldesdorf, quas ditiones auitas aquiferaat Egilber-tus Ropus Frising. ab Imp. Henrico II 1020 per Com-mutationem cum Arnoldo Abate Weihenstphanensi, qui Egilberti Epi frater fuisse videtur. Meichelb. T. I P. I p. 313. 312.

ee) Ultra Chambe Choßtingen et Resweten-gen (Hözingen oppidum ad Chamham fluuum Praepositura Monasterii Rotensis prope Ribizin, Wezelsdorf, Grauenwiss, et Wezelcellam.

ff) Naba amne submersus Arnulfus I Comes de Vogaburg an. 970.

gg) In Suevia villam Eßlingen in pago Brisgoue vide ob-servationum mearum Cap. VI § II.

praediis, et redditibus vir fidelis rotense monasterium fundauit, ac fundatum beato Petro, ac Romanae Ecclesiae tradidit per manum Eberhardi de Razenhounen, (hh) qui et primus Bizauzium aureum, annuatim persoluendum, lateranensi Palatio persoluit, ac sic loco, atque familiae tutelam apostolicae defensionis obtinuit. Obtinuit quoque monasterio liberam Abbatis electionem, baptismum, sepulturam, et, ut advocatum non habeant, nisi quem velint, quia iam legitima successio Aduocatorum cessauerat, mortao sine liberis filio et ad filios filiae ius illud non pertinebat. His ita peractis nostram praesentiam adiit, nostraque imperiali (ii) autoritate haec omnia roborari expetit. Nos vero deuotione tanti Principis exhilarati, ac petitione eius inducti, Pontificalem autoritatem nostra autoritate muniuimus, et quidquid concessit, concessimus, statuentes, ut nulla ecclesiastica, secularisue persona audeat praefati Monasterii iura infringere, personas turbare, possessiones invadere, minuere, auferre, vel ablata retinere, terminos cohibere, vel transgredi, nec villam possessis, vel in futurum possidendis violentiam inferre. Siquis hanc nostrae constitutionis paginam sciens, Rotense monasterium infestare praesumpserit, veniat super illum Apostolica maledictio, nostrique violati edicti dura compofitio, noneritque se multatum centum libris auti, cuius medietas nostrae camerae, alterum vero medium fratrum visibus persoluetur. Hoc ergo ut firmiter teneatur, locique libertas, pax et securitas omni aeuo stabilis et inconuulta perma-

hh) Eberhardi [de Razenhounen, Babonis seu Werinharii
Comitis Abensbergenis filii.

ii) Nostra imperiali autoritate; haec verba ex alio Henrici

permaneat, hanc praesentem nostrae Constitutionis paginam inde conscribi fecimus, nostrique Sigilli impressione muniri.

Signum Domini Heinrici Regis (kk) inuictissimi.

Egilbertus Cancellarius vice Willigisi (ll) Archicancellarii recognovit. Dat. Non. Sept. anno Dominicae Incarnationis. M. LXXIII. Indict. XI. Anno autem Regni Heinrici XX. Actum Ratisponae feliciter. Amen. Praesidente Romae Apostolicam sedem Gregorio VII, qui et Hiltprandus.

Transactio ratione Decimationum Noualium inter Cunonem Episcopum Ratisponensem et Ottoneum Babenbergensem; ex Archiuo veteris Capellae Ratispon.

An 1129 XVI kal. Augosti, actum Ratispone.

Hoc documentum, eo memoratu dignum est, quod nobis manifestat Nobilium Familiarum fides ad Danubium, compluraque nomina Auentino et Handio non comperta. Ex Andrea Mayer S. Th. L. Thesauro novo Juris ecclesiastici Tom IV p. 104. 105. 106.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Chunus sancte Ratisbonensis Ecclesiae episcopus notum

IV diplomate hanc in Notitiam a Compilatore desumpta sunt, sub an. 1084 dato

kk) Henrici Regis, hæc Diploma Henrici IV an. 1073 datum respicunt.

ll) Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archicancellarii, ill^e Epus Frisingensis, hic vero A^{EP}pus Moguntinus vterque Henrici II erat Cancellarius sub an. 1002. Proh quanta terum, nominumque Confusio; vndique conlatis membris, vt turpiter atrum desinat in pisces mulier formosa Superne. Post Amen denique Gregorius VII, qui et Hiltprandus, adsuitur. D. Magnus Schmid, Bibliothecarius Reutensis, pleraque fundatoris, Chunonis Comitis Palatini, praedia, locorumque situm mihi per litteras ostendebat, verum cum aliis Schedis incendio mihi perierunt.

tum esse cupio tam futuris quam praesentibus, quæliter contentio, que inter me et venerabilem Ottone Babenbergensem Episcopum de decimationibus noualium Babenbergensis Ecclesie in Episcopatu Ratisbonensi sitorum fuit, terminum accepit. Igitur post eam diffinitionem, que a pie memoriae Hartwico decessore nostro facta est. Cum huic inquam diffinitioni familia Ecclesie Ratisbonensis usque ad tempora nostra iugi contradictione reclamamus, ut pote cui ea, que in compensatione earundem decimationum iure concambii ex parte Babenbergensis Ecclesie data fuerant, nequaquam sufficerent, ac per hoc prime confirmationis vigore ex magna parte nutaret, nos habita nobiscum deliberatione noluiimus fratum nostrorum, quorum victui eodem decimationes a venerando Ottone deputate sunt perturbare quietem. Sed a nostro rigore defleximus et communicato tandem consilio, totius controuersie malum utrumque propulsare curavimus. Itaque in hoc conuenimus, vt in noualibus infra tricennium factis vel deinceps faciendis permisiss Babenbergensi Ecclesie nouem mansorum decimis, decimum mansum cum suis decimationibus et cum omni utilitate tam quefita quam inquirenda per manum Ottonis Babenbergensis aduocati (*) in ius Ecclesie Ratisbonensis reciperemus. Salua in omnibus iustitia parochianarum Ecclesiarum a quibus nullatenus subrahendam esse censemus tertiam partem decimarum. Qua nimis facta diffinitione, ita omnium querelarum motio sopita est, vt in praesentia Ducis Henrici et principum huiuscmodi pactionem tam Ratisbonensis

(*) Comes Abbinbergensis, aut frater aut fratrellis Conradi I, A Epi Salisburgensis de Genere Babonidum de Abenberg et Schirem.

nensis quam Babenbergenis clerus et populus concordi voluntate laudauerint, ac septem de ministerialibus viriusque Ecclesie sedem legitimam ac iudicariam interrogationem ducis et praesentium Episcoporum praefatam decimationum recompensacionem modis omnibus sufficere posse fideliter firmauerint. Quia vero nostro tantum externorum compensatione bonorum attracti quam diuini amoris contemplatione commoniti, huius contentiois nodum disoluimus, et praefatas decimationes vobis fratum de cenobio sancti Georgii, quorum spiritualis cura speciissiter ad nos attinet subiacere decreuimus, iam easdem decimationes exinde alienare, vel ad alios usus sine contentu fratrum et abbatis detorquere tam nostris quam etiam pii Ottonis Successoribus per tremendum superni iudicis examen, et per diuini nominis obtestationem interdicimus. Igitur per manum Heinrici bavarici ducis, eiusdemque Ratisbonensis aduocati, (*) annuente quoque bona voluntate clero et populo, astipulantibus etiam subscriptis testibus, hanc delegationem Ecclesie Babenberensi presenti scripture pagina roborauiimus et ne quis hanc vllatenus temerare praesumat, banni nostri interpositione vetantes, subuersorem huius diffinitionis perpetua maledictione percutimus. Et ut hec omni euo inconsulta permaneant, hanc cartam inde describi fecimus, eamque Sigilli nostri impressione signatam venerando Episcopo Ottoni manu nostra porrexiimus. Huius conventionis testes exhibiti sunt hii Hermannus Augustensis p. 106. Episcopus, Reginarus patavensis,
Gebehardus

(*) Henricus Superbus datus Welfi I Ducis nepos gener Locharii Imp. cuius filiam Gertrudem 1126 in Matrimonium accepit † 1139 filius eius Henricus Leo.

Gebhardus Eibstatenis, canonici ratisbonensis Ecclesie, Hageno Prepositus, Heinr. et alter Heinrichus, et Gebhardus Cappelanus cum aliis. canonici babenbergenis Ecclesie, Eberhardus Praepositus. (*) Volmarus, Heimo, Adelo et Sifridus. Primates vero, Welf dux, Dietpoldus Marchio, (a) Engelbertus Marchio (b) Otto Palatinus, (c) Otto Prefectus, (d) Hartwig de Chregelingen, Friderich de Ichenburg, (e) Engelbrecht de Lintpurch, (f) Chunrat de Ronegen, Gerolt filius eius, Vdelrich de Wolffsteine, Chunrat de Megelingen, Reginbrecht de Hagenowe, Mazelin de Mulheim, Dietrich de Baumgarten, Gotefrid de Sikkelingen, Album de Prunne, Adelbrecht, Wernher fratres eius. (g) Erchenbrecht de Stirne frater eius, Heinrich de Ettenstat, Willehalm de Geppenheim, Heinrich filiusque eius, Vdelrich de Piburch, Wernher de Sehonen frater eius, Amelbrecht, Altmann de Sigenburch, Rawin frater eius, Pertholt de Niwenburch, (h) Sigemar de Mozzingen, frater eius Altman, Rudolf de Valchensteine, Adelber de Ouheurichestorf, Rapoto de Stipfingen, Hartuit de Tuiren, Wenant de Wolfesbach, Pertholt de Scamhobeht, Rihwin frater eius, Gebhart de Chermundestorf, Egelolf de Steinenbrucke, Karl de Hebingen, Wernher de Zollingen frater eius

(*) fortasse de Biburg postea Abbas.

a) de Voheburg.

b)

c)

d) urbis Ratisp. de Rietenburg.

e)

f) ieu Wafferburg

NB. Gerolt de Pärge 1137 in Litteris fundat. Monasterii Schamhaupt. Hund. Metrop. Sal. p. 289.

g) Wernher alibi dicitur Perghold et Pabo.

h)

eius Pabo, Heinrich de Izenbrunne, Pabo de Frichendorf, (i) Rapoto de Ritenburch. Ministeriales quoque Ratisbonensis Ecclesie, Chunrat de Vneshouen, Nizo de Raitenbuche, Vdeitrich de Ebersbount, Chuno de Tekkenbach, Adelgoz de Saler. Erchenger de Buche, Ortwin, Adelbrecht Caspizze vterque de Ratisbona. Ministeriales Babenbergen-
sis Ecclesie, Megengoz. Wilhaim frater eius, Hugo de Minegenhusen, Rudolf de Osterhonen, fra-
eius Gotebolt, Gotepold de Schambach, Dietmar
de Luicingen, Otto de Otterhouen.

Anno dominice incarnationis M. C. XXVIII.
Indictione VII regnante Lothario Rege. Actum
Ratisbone feliciter XVI Kal. Augufti.

¶ alibi Perthold.
